

August Varenius Vincent Arnoldi

**Assertio Orthodoxiae Contra Calvinianos : tum in controversiis quibusdam generalioribus: tum in 4. Articulis fidei principalibus, De I. Providentia. II. Praedestinatione. III. Merito Christi. IV. Reprobatione**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000632>


Druck Freier  Zugang



R. U. Mus. 1653

Varennius, August/e

Vest.: Arnoldi, Vincentius



ASSERTIO ORTHODOXIÆ  
*Contra*  
CALVINIANOS  
tùm in controversiis quibusdam gene-  
ralioribus: tùm in 4. Articulis fidei  
principalibus,

DE  
I.  
PROVIDENTIA.  
II.  
PRÆDESTINATIONE.  
III.  
MERITO CHRISTI.  
IV.  
REPROBATIONE.

Quam  
*Consensu Venerandæ Facult. Theolog. in flo-  
rentissimâ ad Varnum Academiâ*  
PRÆSIDE  
AUGUSTO VARENIO, SS, Th, D.  
& Profess. Publ.

Publicæ disquisitioni Academicæ.  
*Ad diem 25. Maji in Audit. Maj. hor. matut.*  
*subjicit.*  
M. VINCENTIUS ARNOLDI,  
Hamburgensis.

---

ROSTOCHII,  
Typo NICOLAI KILLII, Academiæ Typographi. Anno 1653.


ANNO 1700  
CALVINIANOS  
MAGIS CONTROVERSIIS DIVISIONIBUS  
SACRIS...  
L. 1.

PROVIDENTIA  
II  
PRAEDICATIONE  
III  
MORTIS CHRISTI  
IV  
REPROBATIONE

ANNO 1700  
M. VINCENTIUS ARNOLDI  
L. 1.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

ROSTOCK  
THE NICOLAUS KLEIN, SCHEINER, PEGE PUL. AMSTAD.



הקדמה.

§. I.



Ti effectus gloriosæ adscensionis Jesu Christi in cœlos, in primâ solemnitate pentecostali, quando Dominus dedit sermonem, Evangelizantium exercitum amplo gloriosissimus fuit: ita nec ante 133. annos quando adimpletum, apud nostros maxime Germanos, illud שובי שובי השולמית, & Evangelizantium, post magnum nostrum Lutherum, fuit exercitus amplus, ille triumphus Jesu Christi effectus, reformatâ à tenebris Synagogæ Papisticæ Ecclesiâ, obscurus fuit, ipsaq; Ecclesia, Babylonem illam abjurata, verè apparuit כמחולת מחניני s. Chorus castrorum Evangel. Cant. 6. 12.

§. 2. Optandum omnibus illis Evangelizantibus, vel certè tales æstimari volentibus, constantem fuisse in orthodoxiâ mentem, omnibusq; pertinacem curam τὴ μὴ ἐπεσθιδασκαλεῖν, ut concors mansisset chorus ille castrorum & exercitus evangelizantium. Cœterum quoniam hunc chorus castrorum orthodoxorum deseruerint, ipsa dudum jam testantur Calvinus, Zwinglius, Oecolampadius, Carolstadius, nomina, & illorum ipsorum discors concordia (conf. Osland hist. Eccl. cent. 16. l. 1. c. 36. p. 98. Sled. l. 2. p. 32.) Inde ergo itum ab his in fundamentalissimos fidei articulos, iidemq; partim directè: partim indirectè oppugnati: Lis quoq; mota de quibusdam ceremonis & Adopthoris, ipsaq; inde excrevit secta Calvinianorum, Cujus dogmata geminâ disquisitione Academicâ examinaturi, in 4. sectiones operam nostram contrahemus.

A 2

SE

SECTIO PRIMA.

De

CONTROVERSIIS GENERALIORIBUS.

Conclaf. 1.

Reformati, à suis Autoribus, qui doctrinam attulerunt, cum sanis sermonibus Jesu Christi pugnantem, & oppugnatione Sacramentorum N. Testamenti, rectè vocantur Sacramentarii, Zwingliani, Calviniani; & malè, se sub Zwingliani & Calviniani nominis invidià vim & injuriam pati conqueruntur.

§. 1.

**R**obatur, tum ex hypothefi *nominis discretivi* resp. veræ Ecclesiæ ex praxi scripturæ Joh. 1. 43. & ipso *Apostolicæ Ecclesiæ* nomine, tum ex *hypothefi nominis sectarii* Act 23. 6. Apoc. 2. 6. 14. tum ex ipsâ *Adversariorum praxi*, qui ab hæresium Autoribus, denominant *Arianos, Nestorianos, Servetianos*: conf. *cons. orth. Apol. præf.* tum ex *ratione evidenti*: quam in conclus. 1. expressimus, infra probandam, ut frustra id negent, & à solo Christo, CHRISTIANORUM nomen sibi dari postulent Irenici, Pareus, Bergius, & frustra *Compilatores orthodoxi consens.* p. 6. ad Illustrissimos principes appellando, de injuria Illustribus illatâ conquerantur, quasi sc. injuria sit vel *scymna scapham*, *scapham* dicere & non illi ipsi hâc ratione per *Capernaitarum, Sanguis, ugarum & Antropophagorum* nomina nostros injuriâ afficiant Principes.

§. 2. Obj. 1. Elenchus Apostolicus 1. Cor. 1. 12. 13. Resp. A Dd. in *Doctrinâ inter sese non dissentientibus: sed unam & eandem fidem in J. Christum profitentibus* ad quosdam *ἐπεσδιδασκαλοῦντας*, & in hoc casu Dd. in *doctrinâ dissentientes* non valet consequ. Ibi denominatio gregis Auditorum inter sese consideratorum à solo Christo: hîc respectu per-

verso.

verforum discipulorum, rectè instituitur à suo Magistro e. c. Zwinglio, Calvino. Obij. 2. nomen Lutheranorum. Resp. non id est magisteriale, & sectarium, uti nomina Calvinianorum & Zwinglianorum: sed ministeriale & discretivum: quod, uti vi à nobis repellere non possumus, quia nec doctrinæ, nec nominis Lutheri nos puder: ita Lutherani appellari non contendimus, nec unquam ita dicti fuissetus, si nunquam fuissent Pontificii, Zwinglio Calviniani; conf. Ref. orthod. conf. p. 17.

§. 3. Obij. 3. Non negant Christum verè esse in cœnâ & adeo non sunt Sacramentarii nisi quatenus id nomen Sacramentorum N. T. vindices notat. Resp. quàm egregii defensores sint Sacramentorum J. Christi, patebit infra in Art. de Baptismo & Cœnâ Dominicâ: 2. Sacramentorum verò oppugnationem violentam τρωτων Schisma Calvinisticum, imò ἀτιαν̄ omnis controversiæ fuisse videatur Concl. V. 3. negant adesse substantiam corporis & sanguinis Jesu Christi, s. adesse substantialiter: sed saltem resp. Usus, ut est alimentum animæ. Obij. 4. Lutherus tom. 2. Witt. p. 60. & t. 2. Jen. p. 69. Man wolle meines Namens verschweigen/vnd sich nicht lutherisch: sondern Christen heissen. Resp. i. ratio statim additur: ist doch die Lehre nicht mein: unde sequitur contrarium à parte adversâ, quia Calviniana doctrina præcipuos Magistros habuit Calvinum & Zwinglium, non Christum: & adeo sicut ratione Magisterii, Pontificii ita rectè nominantur à suo Pontifice: ita & Calviniani à Calvino &c.

§. 4. Bene quidem svadere visus est, Ursinus in Epitome Colloquii Mulbrunnensis p. 247. Satius, magisque necessarium, & doctrinæ Christi convenientius fore, si omni sâ illa contentione, quisnam Zwinglianus, aut Lutheranus esset, adhibitâ normâ verbi divini quilibet inquireret, quisnam Christianus esset: cœterum id jam milles factum, & probatum, Calvinismum CHRISTIANISMUM non esse: nec Calvinianos quâtales, Christianos: sed Calvinismum esse falsarum, & sanis sermonibus Jesu Christi, & doctrinæ, quæ est circa pietatem, contrariarum doctrinarum farraginè, quibus Majestas infinita humanæ naturæ assumpta per Unionem personalem communicata negatur, substantialis carnis, & sanguinis Christi præsentia, & oralis manducatio ex sacrâ cœnâ removetur, horribile prædestinationis decretum fingitur, efficacia Verbi, Sacramentorum minuitur, Deus peccati causa statuitur, res indifferentes sub necessaria reformationis prætextu



abrogantur conf. Calvinismus Gisenii Disp. i. thes. i. ubi id sigillatim explicatum.

§. 5. Rectè ergo & non per *scommata*, Zwingliani, Calviniani vocantur. Et ponatur dogma Calvini subordinatum *doctrina Christi*, ita ut non sit *εἰς Θεόν*, non magis in hac hypothefi, *scommata* interpretari possent, quam nos, qui *scommata* non æstimamus, nos *Lutheranos* dici, Addit ibidem Ursinus: *Nos nec in Lutherum, nec Zwinglium, nec quemcunq; alium: sed in solum Christum baptizati sumus. Hic unicus Magister nobis est, cujus solius nomen, ut debemus profiteremur.* Splendide satis, cui consona habet in Irenico Berg. Wir wollen uns nach keinen Menschen: sondern allein nach Christo auff dessen Namen wir getauffet sind / nennen. Sane, eo, quo Corinthii modo, concedimus Calvinianos non dici à Calvino, vel Zwinglio: neq; enim omnes sunt baptizati ab hoc vel illo: at longè diversa est Corinthiorum illorum, & Reformatorum comparatio: illi & de ipsâ substantiâ Baptismi aquæ & de effectu ejus rectè sentiebant, & adeò baptizabantur in nomen Christi, *per baptismum aquæ* non, ut *signativè, representativè*: sed ut verè & realitèr *lavacrum regenerationis, regenerantis virtute sui sanguinis*: at ita in nomen JESU CHRISTI nullos baptizant Calviniani: sed in nomen CHRISTI cum restrictione ad dogma blasphemum Calvini, Zwinglii &c. & adeò rectè ab his Magistris dicuntur Calviniani.

§. 6. Uti in laudibus Philippi Melancthonis extollendis *ὄπερ λέγει* Panegyristæ sunt Calviniani: ita in Lutheri personâ mirabiles arbitri. Testatur, ait Ursinus Tr. de aut Luth. tom. 2. p. 575. *nos Lutheri nomen neq; odisse neq; contemnerè: sed eum tanquam virum sanctum & insignem Dei servum amare & venerari: ornatus fuit à Deo multis excellentibus donis & virtutibus, ingenio, luce doctrinæ cælestis, eruditione, eloquentiâ, prudentiâ, sapientiâ, Zelo gloriæ Dei, magnitudine animi, adversus omnes impetus invictâ, divinitus excitatus, ad Ecclesiam Christi his temporibus in libertatem & lucem Evangelii vindicandam & destruendam magnam partem regni Antichristiani &c.* At ille idem Adversarius ne scil. videretur Lutheranus, *ὡς ἀπορροα* hæc ibidem addit: i. *Graviter & merito in nonnullis scriptis à Lutero diffamati sumus. Solent aliàs Calviniani negare, Lutherum Zwinglianos sufficientèr audivisse, & accuratè refutasse, quod etsi*

cx

ex duplici scripto Lutheri wieder die himlischen Propheten/ex erudito item scripto: daß die Wort noch fest stehen/ wieder die Schwarm-Geister/ex minori confessione Lutheri vom H. Sacrament/ evidenter refellitur, Ursinus uno verbo omnia illa scripta Lutheri contra sacramentarios, *diffamationem* vocat; annon egregia commendatio?

§. 7. Pergit Ursinus 2. *Ex libris Lutheri proferre possumus non pauca, in quibus hallucinatio est tam manifesta, ut & ipse Lutherus ea retractaverit*: eaq; non tantum, quæ post cœptam oppugnationem papatus retinuit de purgatorio, *missâ, circumgestatione panis Theatricâ*: sed & plura alia, in quibus plus adfectibus tribuit, quàm gloriæ Christi. 3. Lutherus *litern de cœnâ injustè movit, injustius persecutus est* p. 583. 4. Lutherus *fortissimos & fidissimos Christi milites, (Carolladium, Zwinglium, Oecolampadium) inclementius tractavit, quàm Papistæ, quibus in stabiliendo Christo illo fictitio, sub pane latente, per commodam operam navavit, & jucundissimum spectaculum seviendo in Christi viscera exhibuit*. 5. Libri Polemici Lutheri de Cœnâ Domini constati sunt ex puerilibus, & populari facundia *lucatis Sophismatis, calumniarum, convitiis falsissimorum, & scommatum scurrilium plaustris*. Ita sc. Lutherum (à quo nos Lutheranos nominari, nequaquam tamen, ac si fides nostra, quæ *fides Dei est*, à Luthero ut *fidei Magistro*, nomen acceperit, pati possumus) commendant, ut *mordeant*: unde passim *Antilogias* (quales 30. vide in fine Consens. sed refutatas in responf. s. solidâ refut. Tübingen. à p. 647. legere licet) mentiuntur: & ut pateret Calvinismum esse sine fronte, Lutherum *omnia sua scripta contra sacramentarios retractasse* dicunt, contra evidentiam historię de novissimis Lutheri, imò concionis ultimo Illebiæ habitæ conf. tom. 8. Jenens. p. 278. & p. 305. contra illam gravissimam protestationem Lutheri tom. 8. Jenens. p. 174. ubi hæc leguntur verba: *Ich als der ich nun auff der Gruben gehe / wil diß Zeugnis vnd diesen Ruhm mit mir für meines lieben Herren vnd Heilandes Jesu Christi Richterstuel bringen/ das ich die Schwärmer vnd Sacraments Feinde/ Calrstad/ Zwingel/ Ecolampad/ Stenckfeld vnd ihre Jünger zu Zürich/ wo sie sind/ mit gangkem Ernst verdambt vnd gemiddn habe / nach seinem Befehl/ Tit. 3. Einen Kezer solten meiden/ wenn er eins oder zwey vermanet ist. Sie sind offte gnug/ auch ernstlich gnug vermanet von mir vnd vielen andern/ die Bücher sind am Tage / vnd gehet noch täglich vntfer aller Predige / wieder ihre lästerliche vnd lügenhaffrige Kezerei/ wel*

welches sie wol wissen. Et p. 175. Vieltiebet sage ich wolte ich mich hundertmahl lassen zerreißen/oder verbrennen/ ehe ich wolte mit Stenckfeld/ Zwingel/ Caristad/ 2c. die leidigen Schwermer / eines Sinnes oder Willens seyn. Hæc Lutherus non longè ante mortem, ob quæ Ursinus Luthero actionem intentavit ex lege diffamari. Alii retractasse Lutherum conf. ort. conf p. 32. 33. Johan von Münst. in script. Germ. de frater. in præf. conf. etiam Admon. Neostad. p. 255. Anhaltini contra Wittenberg. p. 350. & crassum illud nugamentum, quod sub Alefii titulo profert Ursinus p. 591. tom. 2. op. Theol,

*Concl. II.*

**Dogmata erronea, qualia sunt Calvinianorum etiam extra Synodalem conventum licite condemnantur: neq; opus, ut in universali synodo primò audiantur.**

§. I. Uti olim Ariani, ita pleriq; nunc Calviniani ad Synodum provocant, & ne ante hanc, errorum rei agantur postulant. Nos synodum serius postulari, & dogmata etiam extra synodum damnari posse, contendimus. Signanter diximus *Dogmata* neq; enim damnato dogmate, damnanda statim est persona, nisi constet de *obstinatâ ejusdem pervicaciâ*, multo minus integræ damnantur Ecclesiæ, damnatis pervicacibus, & blasphemis Dd. in Ecclesia. Graviter hæc de re loquitur Præfatio Form. concord. & Myl. de pac. Eccl. th. 90. Hoc supposito, probatur thesis 1. à *Negatione mandati & promissionis Synodalis à Christo factæ*. 2. *A. 3. priorum N. T. seculorum praxi* quæ ultra 100. hæreses sine conciliis damnatas esse ostendit, unde & Aug. tom. 7. in fin. l. 4. cont. 2. Epist. Pelag. Rarissimæ, inquit, inveniuntur hæreses, propter quas damnandas synodi necessitas extiterit. 3. *ab expressâ anathematizatione Angeli aliud Evangelium prædicaturi* Gal. 1. 7. an illud *ἀνάθεμα ἐστὶν* supponit synodum? conf. 1. Tim. 1. 20. Act. 8. 4. *Autoritas Scripturarum* judex esse debet etiam in conciliis E. & citra concilia judicare potest. Addatur 5. *De conciliis non multa legimus in scripturis: non semper veritas in Concilio Pastorum reperitur*: Witakerus Controv. 3. quæst. 6. c. 3. de

de Conciliis. Uti ergo imperativi illi sanctissimi Spiritus *ἠεσοσχετε* Matth. 7. 15. *ὀρσῆτε κῆλῆ ἠεσοσχετε* Matth. 16. 6. circumspicite, cavete à Pseudoprophetis: *βλέπετε*, observate canes s. impostores contra veritatem malitiosè latrantes Phil. 3. 2. Doctrinis variis circumferri nolite: Heb. 13. 9. *μὴ πιστεύετε*, item: *δοκιμάζετε* Spiritus 1. Joh. 4. 1. ita & damnatio Dogmatica hæreticorum non requirit synodum. Nullas ergò de *denegatâ Synodo* conqverendi causas habuit *Zanchius in Misf. p. 87. Beza in scripto contra D. Jacob. Andreæ p. 24.* Compil. orth. conf. Apol. p. 1. Sohn. T. 2. p. 36. qvî pro termino CONDEMNANDI amant terminum IMPROBANDI vel REJICIENDI: Urfinus Tom. 2. c. 7. de inj. cond. p. 595. Accedit, quod 1. per 100 & ultra annos mentem in publicis scriptis, disputationibus & confessionibus satis explicuerint. 2. sufficienter in coll. *Marp. anno 1529. Maulbr. anno 1564. Mompelg. anno 1586.* sint auditi: & 3. Anno 1630. *in Aug. conf. art. 10.* anno 1541. in colloquio *Wormatiensi* damnati, ubi publicè ac solemniter coactus est Philip. *art. 10. A. conf.* qvem insciis ordinibus mutaverat restituere: qvin 4. in convent: *Smalc. anno 1531. & 1537. Francofurtan. 1531. Swinfurtano anno 1532. Ratisf. anno 1541. Francof. 1558. Naumburg. 1561.* dogma Zwinglianum improbatum & damnatum est. conf. Tom. 4. op. Philip. p. 736.

*Concl. III.*

Lutherani, uti Calvinianos, ad societatem civilem, & pacem religiosam, qvam inter Evangelicos & Pontificios ante seculum ferè constitutam ab Imperatore nuper impetrarunt, admittere possunt: ita pro fratribus in CHRISTO & verè Evangelicis illos agnoscere nequeunt.

§. I. Cum superiori seculo, anno sc. Christi 1586. *Colloquium Mompelgartense*, qvod licet intento fine: non tamen omni fructu caruit, finitum jam esset, & *Beza* jam valedicturus, novissime à *Jacobo Andreæ, & Osiandro* peteret, ut se cum suis symmists pro fratribus agnoscant: & dexteras

B

frater-

fraternitatis ipsi porrigere velint, Jacobus Andreae dexteram humanita-  
tis haut gravatim se porrecturos: at fraternitatis dexteram, nec illis  
ut tetris erroribus obnoxius, se præbere: nec illos fraternitatis dextram à se &  
suis, quos horribilium errorum & Capernaiticæ Sarcophagiæ reos egerint,  
petere posse & debere, graviter respondit: cui iterum Beza: quia dexte-  
ras fraternitatis nobis porrigere recusatus, amicitia dexteras etiam nolo:  
ad quod Jacobus Andreae reposuit: ERGO INTERMITTATUR.  
Et sic Beza, neutram acceptam dextram, in suam rediit Genevam. conf. Hist.  
Coll. p. 568.

§. 2. Displicet illa fraternitatis dextræ denegatio recentibus ma-  
ximè Irenicis, uti jam ante Paræo in Iren. p. 71. 82. 96. 341. 342. Com-  
pil. Orthod. conf. p. 10. Palatinis in der treuherzigen psältsischen  
Beramanung/Huberto Sturmio in disp. de prædest. p. 145. urgentibus, in  
fundamentalibus esse consensum: in unico tantum articulo de Cœnâ, & ne  
totâ quidem ejus doctrinâ: sed particulâ TANTUM aliquâ, quæstionibus Adia-  
phoris, ac paleis seu stipulis, in quibus salute salvâ liberè liceat sentire, esse con-  
troversiam. conf. orat. Legati Anglici Roberti Beli in lib. de orig. &  
progress. lib. concord. p. 92. 93. Optandum esset ita rem se habere, &  
illos nobiscum idem sentire de Christo, qui est via, veritas & vita Joh.  
14. 6. Sic jam ex promissa esset ad concordiam via. Sach. 8. 14. cæterum  
de ipsâ cœnâ Dominicæ substantiâ, de Christi personâ, de Baptismo, de pro-  
videntiâ & prædestinatione, omninò dissentiunt & ἐπεεδιδασκαλοῦσι  
quæ & omniû fere hæresium titulis nos pro fraterno affectu ἰνοματιο-  
ῦσι dum Pelagianos, Svecfeldianos, Capernaitas, Eutychianos, Marcionitas,  
Manicheos, Monotheletas, passim nos nominant. Argumentamur ergo.  
Quod postulatum Theologicum est impossibile hypothetice, id  
non debet postulari. Atq; fraternitas talis &c. E. Hypothesis est veri-  
tas Spiritus: quamdiu hæc negatur, pax quovis, & coalescentia in Christo,  
quæ est ipsa fraternitas regnorum, non agnoscitur conf. Tit. 3. 10. 2.  
Cor. 6. 4. 2. Tim. 2. 22. Sach. 8. 16. Joh. 2. 10. Laudanda proinde omni-  
nò est Jacobi Andreae illa ΠΙΣΤΙΣ in Coll. Mompelgart. & magni no-  
stri Lutheri anno 29. sup. sec. in coll. Marpurgens. qui idem Tom. 3. Jen.  
Germ. p. 341. Daß wollen wir gerne thun/weltlich wollen wir mit ihnen  
eins seyn/daß ist leiblichen zeitlichen Friede halten: aber Geistlich wol-  
len wir sie meiden/verdammen/vnd straffen weil wir Odem haben/als die  
Räher/Gottes Wort verkehrer Lasterer vnd Lügner.

Conf.

Calviniani non sunt, nec, quamdiu tales, esse possunt genuini invariatae Augustanae confessionis Anno dō lō XXX. Imperatori & Imperio Rom. Augustae exhibitae, socii, nec adeo unum & idem nobiscum habent symbolum.

§. 1. At quis id afferere audeat? *Aug. Confessionem non repudio, cui volens, ac libens subscripsi*, ait Calvinus Ep. 236. p. 437. *non damnamus, nec rejicimus illam*, sed excepto art. 10. probamus, ait Irenicus Paræus p. 39. *Doctrina nostra de cœnâ, in Aug. Confess. & ejus Apologiâ approbatur potius quam labefactatur*, ait Ursinus in Vol. tract. Theol. p. 187. *Augustanam confessionem non improbamus, non convellimus, non contemnimus: cum vix ullus sit in eâ articulus, ne illo quidem, qui de S. Cœnâ est excepto, quem non, si modo dextrè intelligatur, recipiamus: id. Ursin. p. 539. tom. 2. Multa continentur in eâ eruditè, perspicuè & gravitè explicata*, ait Greg. Sobn. Tom. 1. p. 8. qui ita eam explicat, ac si esset Reformatorum symbolum. *Verba illa: In Sacramento sunt duo, signum & Verbum confirmare sententiam suam, jactant Compil. orthod. consensus. Ecclesiae nostrae earumq; confessiones cum Augustanâ confessione nequaquam pugnant, cum in aliis omnibus articulis: tum etiam imprimis de personâ Christi, & ejusdem sacra Cœnâ*, ait admon. Neostad. & Concordia discors p. 221. lat. 2.

§. 2. Ita sub nostro incedunt symbolo Calviniani, & negamus adhuc fratres? sed fucus est impudentior; Ipsi quondam anno 1530. quando A. Conf. Imperatori offerebatur se se junxerunt, duce Zwinglio, & peculiarem confessionem exhibuerunt, repudiato nostro symbolo: nunc agnoscunt: an aliquis latet error, seu dolus? Ita sanè est: agnoscunt A. confessionem: sed *in sensu Philippistico; Calvinistico*: & adeo non agnoscunt nostrum symbolum: sed quod ipsi commenti sunt aliquod *simulacrum Zwinglianum*: agnoscunt A. confess. sed ut emendatam, Anno 1542. id est corruptam (conf. Art. 4. 5. 10. 13. 18. 20.) à Philippo; quomodo Calvinus in superiori Epist. ad Schalingium Ratisbonens. clausulam addit: **SICUTI EAM AUCTOR IPSE (Philippus) INTER-**

PRETATUS est: conf. Zanchius in Miscell. Sohn. Tom. 2. p. 7. p. 74. conf. Histor. conf. Aug. 306.

§. 3. Urgemus ex A. confessione, ut nihil nunc de *Attributis omnipotentiae, bonitatis, simplicitatis, de hypothesi sanctitatis foederalis ante baptismum infantium*, extenuante *peccatum originis*, dicamus, articul. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 18. 19. in quibus notorius est illorum dissensus: neq; ipsi adversarii vulpinam illam semper ostendunt. Augustanae conf. mollities semper cordatis displicuit, ipsumq; Autorem ejus poenituit: ait Calvinus syadens ut illa, *veluti sax furiae ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia, non recipiatur à Gallis* l. 3. epist. p. 589. Neostadiani, *formulam tumultuariè paucorum Theologorum consilio in diversorio collectam* Admonit. p. 143. vocant. conf. Refutatio orthodoxi consens. p. 85. & 412. Obij. August. Confessio est scriptum Philippi. E. & in sensu Philippi explicanda Resp. 1. Aug. Confess. qvatenus firmissimo nititur fundamento scripturarum, habens πάντα σύμφωνα τῆς γραφῆς radicaliter θεόπνευστος. Ecclesiae debet inventionem, Luthe- ro resp. τῷ ἀρχαίω primam conscriptionem, dispositionem ac ultimam revisionem, Philippo elocutionem. 2. At si qværat de Aug. conf. mutatâ, fatemur in tantum, eam esse *solius & unius Philippi*. 3. illius sensus non est ex Philippi, posterioris maxime ætatis, conceptu: sed ex confessione publicâ Ecclesiae & ordinum resp. temporis oblatae confessionis, hauriendus: qvia confessio est Principum, & Symbolum Ecclesiasticum: non, unius Philippi. Patet impudentè adversarios se nostræ Aug. Confess. Socios dicere, impudentissimè illi, imò & ipsi Form. Concord. (uti Pierius & alii) subscribere ausos esse, cum reservatione sensus Calvinistici, qvâ ratione & Concilio Tridentino, & Turcico Alcorano subscribere possent.

#### Concl. V.

**CALVINISMUS** cœpit à Sacramentis, & qv-  
idem primariò ab oppugnatione Sacramen-  
ti Cœnæ: secundariò, Baptismi.

§. I. Exordium Schismatis Calviniani cœpisse à sensu verborum  
relta-

testamenti Christi. HOC EST CORPUS MEUM: HIC EST SANGUIS MEUS, nec ipsi compilatores orthodoxi (κατ' ἀντί-φρασιν) consensus, nec refutatio ejus p. 17. negat, idemq; jam ante & in præfat. & in Art. de Cœn. Dom.

§. 2. An ipsum substantiale corpus, quod pro nobis in arâ crucis offerendum, & oblatum, & olim in cœnâ, & nunc comedendum exhibeatur in cœnâ Dominicâ, an sola ejus efficacia? quæsitum fuit. Nostrates affirmarunt prius sc. *objectum* manducationis & bibitionis, instrumentalitèr *Oralis*, de cœtero, *Sacramentalis*, esse ipsam substantiam physicam corporis & sanguinis J. Christi. Calviniani posterius, præeunte Calvino, qui in *efficaci substantiæ carnis & sanguinis Christi fruitione*, quatenus sc. *mirabili Spiritus sui virtute efficit Christus, ut unum cum ipso simus, ut vivifica nobis ejus sit caro, ut vita ejus in nostras penetret animas*, formam Sacramenti ponit l. de Ep. & Responf. p. 247. Ep. ad Schaling.

§. 3. Inde de *Voluntate & potestate* quæsitum: ubi utramq; ex verbis Testamenti & Omnipotentis Testatoris constantèr probavere nostri: utrumq; ex *articulo de personâ Jesu Christi, de Naturâ corporis, de omnipræsentialitate humanitatis*, negatum ab Adversariis: atq; hinc controversiæ exortæ de *Personâ J. Christi, de communicatione reali, de omnipræsentiâ & plurimis aliis*.

§. 4. Ubi prophetiam Lutheri nostri commodè recitandi eandemq; in Spiritu Zwinglio Calviniano adimpletam demonstrandi à Φορμῆν datur. Verba Lutheri in *majori confessione de S. cœnâ Domini* sic se habent: *Metuo autem Diabolum aliud quid querere: videlicet, cum sciat Christum in sacrâ quovz, Scripturâ Sacramentum (seu μυστήριον) appellari, eum hoc meditari, figurata quovz, verba esse, cum dicitur: CHRISTUS est Deus, & homo.*

§. 5. Sanè in *Sacramentariorum* conceptu errores de personâ J. Christi priores fuerunt in actu signato: at posteriores in actu ostensivo s. exercito: per controversiam quippe de præsentia Sacramentali illi sunt in lucem protracti: at ex illâ ipsâ verborum: HOC EST CORPUS MEUM: HIC EST SANGVIS MEUS, Tropicâ explicatione, ad labefactandum incarnationis mysterium, per actum reflexum, à *Sacramentariis Calvinianis* itum fuisse, & adeò



LUTHERUM hîc prophetam fuisse, *Compilatores Orthodoxi* (titulariter) *consensus* dudum expresserunt, quando verbum EST non ὑπαρτικῶς: sed τὸ ἐπιθετικῶς intelligendum esse, explicatione Verborum Johannis Evangelistæ impiâ & blasphemâ, probare voluerunt, his usi verbis: Hæc propositio (VERBUM CARO FACTUM EST) minimè τὸ ῥῆτον intelligenda: sed ad Tropum hîc necessario confugiendum: *si quis enim secundum literam intelligat, & ei pertinaciter inhereat, eum, ajunt, in hæresin incidere, CHRISTI Deitatem negare, ut quæ mutationem passa, & in humanam naturam conversa sit.* Scilicet sicut ex Verbis Sacramenti: HOC EST CORPUS MEUM, si propriè, & uti sonant, accipienda essent, TRANSSUBSTANTIATIONEM: ita, ex hypothesi propriæ acceptionis verborum VERBUM CARO FACTUM EST, transsubstantiationem Verbi in carnem concludi statuunt: & contra, à negatione transsubstantiati Panis & τῷ λόγῳ, ad negationem τῷ ῥῆτι in verbis Sacramenti & Incarnationis mysterii. Ita scilicet vel Tropice Verbum caro factum: vel, Verbum Transsubstantiatum est. De hoc blasphemus asserto, ut Lector diligentius cogitet, ut quis utriusq; mysterii Tropus ille sit, ex Sacramentariis inquirat, per Jesum Christum oramus, ait refut. conf. ort.

§. 6. Ex eodem errore non altius saltem in personam CHRISTI: sed & collateraliter in mysterium Baptismi itum est, & sicuti negatum τὸ ῥῆτον in hac enunciatione: HOC EST CORPUS MEUM: ita quoq; in hac Sacramentali Baptismi: *Baptismus est lavacrum regenerationis & renovationis in Spiritu Sancto*, explicatio data hoc sensu: *Baptismus saltem est Sigillum regenerationis &c. sive antecedentis, sive 60. annis post demum sequentis.* Patet ex dictis ordo hæreseos Calvinistica: ex articulo de Cœnâ Dominicâ, ortum errorem de personâ Jesu Christi, & Sacramento Baptismi. Patet ex illis similiter, quomodo per Tropum suum Sacramentarium, CORPUS ET SANGVINEM DOMINI ex sacrâ cœnâ: *regenerationem ex Baptismo Deum ex carne*, auferat dogma illud Tropicum, & blasphemum Calvinianorum: & adeo quomodo per illum & Sacramenta amittantur, & Christus. Horrenda sunt paradoxa Calvinistica. *Nostri, ait Piscator, non statuunt hoc principium, quod quidam infantes per baptismum regenerentur: ego quidem certè statuo, neminem profus, sive infans sive adultus sit, per baptismum regenerari. Quare nec ex hoc principio*  
*anxiam*

*anxiam mentem erigere neesse habemus. conf. Tanfrer. p. 81 Patet exinde, quantum desperationis baratrum Calvinismus in sinu foveat.*

§. 7. Ita oppugnatus *Baptismus, & adeo efficacia Sacramentorum N. T.* unde quæsitum de ratione Tropi, e. c. quare *Baptismus non sit lavacrum regenerationis* in quo & per quem fiat regeneratio? Itum ad dogma de *prædestinatione*, quo asserunt, *quosdam æterno Dei decreto ad æternam damnationem prædestinatos esse, qui ex simplici voluntate Dei, salvari non possint*, unde sit, quod innumeri sive *infantes, sive adulti in Baptismo nunquam regenerentur.*

§. 8. Ita ad *prædestinationis dogma* itum est: cum verò *decretum prædestinationis non sit separabile à præscientiâ*, hæc occasione, ad *actum & influxum providentiæ divinæ* in actiones maximè malas inquirendum, deventum est. Apparet non unius generis errores hic esse, quos succinctè examinaturi, non *Originis*: sed *Disciplinæ prioritatis* sequelam sectabimur, adspirante PROVIDENTIA incepturi à *providentiâ.*

## SECTIO II.

De

Articulis fidei principalitèr controversis.

# ARTICULUS I.

DE

# PROVIDENTIA.

Concl. 1.

Deus non præscit res malas, per actum absoluti & futuritionem necessitantis decreti: sed per modum objecti sive contingentèr, sive necessariò ex causis suis eventuri: quomodo c. c. Pharaon non est prædestinatus impius: sed

sed talis prævisus, & jam præscitus finalitèr  
refractarius, ad fines nomini Divino glorio-  
sus excitatus & prædictus: ut ita non præsci-  
entia sit causa futuritionis rerum: sed infal-  
libilis & intuitiva rerum eventurarum ex  
causis propinquis vel in naturâ, vel in vo-  
luntate hominis positis, prævidentia.  
Hunn. de provid. Rung. Disp. in Ep. ad  
Rom.

§. 1. Non quæritur an dentur *objecta præscientiæ divinæ*, quæ simul  
sint *objecta annexi & inseparabilis decreti e. c. incarnatio, passio satisfacto-  
ria Filii Dei*: id enim omninò affirmatur Luc. 22. 22. Act. 2. 23. c. 4. 28.  
nec quæritur an *præscientia rerum bonarum sit practica*, id est *cum efficaci  
volitione & operatione Dei conjuncta* (fatemur enim & hoc) nec quæritur  
de præscientiæ à rebus præscitis dependentiâ (negamus enim *scientiam  
seu præscientiam Divinam dependentem*: *essentiale quippe idioma & cum  
essentiâ convertibile non est dependens.*)

§. 2. Quæstio est: *An in malis non saltem sapientia & scientia Dei  
cernatur*: sed & *voluntas approbans, decernens*, e. c. ipsam proditionem  
Judæ, impietatem pharaonis, ita ut inter illud decretum æternum &  
opus eventum potentissima sit & efficacissima causarum intermedia-  
rum omnium dispositio, per quam actio mala decreta necessario ad  
destinatum finem feratur? Aff. Calviniani conf. Zwingl. in Sermonè  
de provident. ad principem Hassiæ Philippum Anno 1530. Numen  
ipsum autor est ejus, quod nobis est injustitia, illi verò nullatenus est. Bu-  
cerus in c. 1. Ep. ad Rom. Zanch. l. 3. de nat. Dei c. 4. Beza p. 2. act. coll.  
Momp. p. 152. in 2. resp. part. 1. vol. 1. oper. p. 417. p. 102. Ursin. Miscell. p. 78.  
in Tom. 1. p. 577. 586. p. 587. §. sed non sunt Calv. l. 1. Inst. c. 16. l. 3. Inst. c.  
23. §. 6. At hoc ipso blasphemo dogmate Deum faciunt *hypocritam*  
Rom. 10. v. ult. 1. Tim. 2. 3. 4. *Perjurum* Ezech. 18. 33. *Tyrannum* Matt.  
23. 37. 38. Luc. 19. 41. & (sive directè, sive indirectè) *peccati & mediocum*  
ad

ad damnationem ducentium autorem, unde Synodus Dordracena affirmat *efficientiam Dei circa peccatum concernere partim materiale, partim formale* peccati h. e. *actum ipsum, & vitiositatem ejus* in Judic. exter. p. 712. conf. Armin. de præd. collation. cum Fr. Junio p. 74. 75.

§. 3. Objicitur Eph. 1. 11. Resp. 1. *Βουλή θελήματ* est in mysterio redemptionis nostræ ἢ *περίθεσις*, ad quod mysterium, & opus salutis electorum hic respicit Apostolus. 2. N. conseq. *Deus operatur omnia & βουλήν*. E. operatur tam bona, quam mala, quæ sunt in creaturâ. Sic supponitur, non probatur id quod est in quæstione. Obj. 2. Illud ἐδὲ *πληρωθῆναι* Act. 1. 16. illud *prædestinatum consilium* Act. 2. 23. *manus Dei prædestinans* Act. 4. 28. Resp. ad 1. ἐδὲ illud respicit non *decretum*: sed *præscientiæ*, & ex hac ortæ, *infallibilis prædictionis actum*: quod si præscientia talis est inseparabilis à decreto, alterutrum sequeretur, aut Deum peccatum decernere, aut non præscire, quorum illud Dei sanctitati: hoc omniscientiæ, utrumq; verò repugnat *naturæ*: ad 2. B. additur & *περίγνωσις*: unde in passione Jesu Christi potuerunt esse objecta *περίγνωσεως*, quæ non item fuerunt objecta *τῆς ὀρεσμένης βουλή*: non contra. ad 3. non dicitur ἢ *χέρισου περιώρισε πίνησαι* s. *facere*: sed *γενέσθαι* s. *feri*, quo notatur *finis, redemptio* s. *humani generis*. Ipse Ursinus in expl. Catech. Palat. p. 85. (licet dissonantia quodammodo habeat p. 133.) ad instantiam: *Deus lapsus hominis præscivit, neq; tamen impedit.* E. *Dei voluntate & culpâ peccavit Adam*, respondet: *ex præscientiâ Dei non sequitur necessitas, quæ cogeret Adamum labi*: præscit pater aliquis prudens ex signis, futurum ut aliquando filius degener perimatur gladio, nec fallit hæc præscientia. *Confoditur enim filius iste propter fornicationem: sed non ideo confossus creditur, quia pater prænovit perimendum: sed quia fuit adulter, sic Ambrosius* l. 2. c. 4. *de voc. gent. de parricidio Caini: Utiq; præscierat Deus, ad quem finem progressurus erat furor insanientis: neq; ex eo, quod falli scientia divina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis.* Obj. E. *Deus saltem otiosus spectator.* Resp. N. conf. Non enim saltem permissivè concurret Deus: sed & naturam sustentando, facultatem motricem, & actricem largiendo, metas ponendo, moraliter coercendo, ad bonum finem deducendo. Obj. *Mutabilia à Deo præsciuntur*

C

sciuntur immutabiliter. R. quia ab æternitate ipsi, omnia quocumque modo  
eventura, fuerunt præsentia & *γωστῶ*. Obj. Vult. peccatum non sub  
notione peccati; sed executionis gloriæ mediæ Resp. E. sub hac notione  
vult, & facit peccatum. Respectus illi non sunt re disparati. Obj. *Omnes  
res humanæ naturales vim agendi habent à Deo.* Resp. *determinationem*  
habent à proprio libertatis arbitrio; licet à solâ Dei gubernatione sit pro-  
sper rerum successus & directio.

§. 4. Intolerabilia ergo sunt hæc Calvin. 1. Inst. c. 18. *Nihil effi-  
ciunt homines, nisi arcano Dei nutu, nec quicquam deliberando agitant, nisi  
quod ipse jam apud se decrevit, & arcanâ suâ directione constituit.* Ibid. Ab  
ipso Deo manat efficacia erroris, ut mendacii credant, qui renunt patere ve-  
ritati. Item: *Deus quæ benè vult, per malas voluntates malorum hominum  
implet. Deus mala non nolens facit: sed volens, nec sineret bonus fieri malè,  
nisi omnipotens etiam de malo facere posset bonum.* Refugium Calvin. est  
distinctio inter præceptum & voluntatem, *quomodo e. c. Absolon stuprans  
uxores patris, non egerit contra Dei voluntatem. & aded in tantum damna-  
ri non potuerit: sed quod sine præcepto tali id egerit.* Ursinus, qui hæc tenus  
orthodoxe locutus videri poterat in expl. Cath. p. 134. *Voluntas Dia-  
bolorum & impiorum hominum repugnat quidem voluntati patris factæ: at non  
item arcanæ: à quâ regitur: & quatenus Deus hæc voluntate actiones (aliàs à  
Deo prohibitas) vult, non sunt peccata ut ita idem opus volitum resp.  
volitionis divinæ non sit peccatum: at respectu Voluntatis peccantium  
sit peccatum. Quas blasphemias allegare est refutare. Resolvuntur in  
hypocriticam illam distinctionem voluntatum contradicentium signi &  
beneplaciti, ita ut stuprum illud 1. incestus Absolonis habuerit voluntatem  
beneplaciti: non signi. conf. Szeged in loc. com. p. 232. Zanch. 1. 3. de  
nat. Dei c. 4. Beza part. 2. resp. ad acta Col. Momp. p. 174. ut conclu-  
sio sequatur: Peccata sunt, E. sunt voluntate Dei arcanâ, & beneplaciti:  
& contra: Deus peccata vult. E. peccatum facit: conf. Grawerum de ab-  
surd. Calvin. p. 21. & seqv. Apertè Piscator edens generalem confes-  
sionem de Calvinianis Dd. sibi per omnia consentientibus: *Deus ad pec-  
cata, quæ palam prohibet, occultâ ratione homines IMPELLIT: cum homo,  
alterius hominis procurat adulterium, mendacia, maledicta, ille peccat:  
Cum verò DEUS IDEM FACIT SANCTE AGIT.* resp. ad  
Apol. Petri Bertii p. 143. 144. ad Disp. D. Taurerri p. 51. Contra: Si  
Deus*

Deus voluntate signi non vult peccatum fieri, non potest fieri ut Deus quomocumq; considerata voluntate, velit peccatum, e. c. lapsum. Ut enim involuntate Dei dari possit distinctio, nulla tamen in illa locum habet contradictio, ut auribus Christianorum indignissima sint, & intolerabilia, illa Calvinianorum *περὶ ἐκδοξῶν*.

## ARTICULUS II.

# DE ELECTIONE.

### Conclus. 1.

**ELECTIO** salvandorum non est absoluta, seu ex occulto quodam, nec **CHRISTI**, nec fidei respectivo decreto facta: sed & meriti **JESU CHRISTI** ut fundamenti, & conditionis fidei antecedentèr **inclusiva**.

§. 1. De *objecto electionis* resp. Numeri numerati particularis, nec augendi nec minuendi: & actu electionis resp. *æternitatis*, operum conditionatæ prævisionis, negatæ finalis defectionis nobis cum Adversariis convenit: at de ipso actu electionis resp. Meriti Christi & fidei id apprehensuræ suppositionis antecedentèr, lis intercedit. Nos, per viscera misericordie Dei nostri, & meritum Jesu Christi, ut fundamentum & causam meritoriam: & fidem, ut conditionem organicam antecedentèr includimus. Negant Calviniani, quorum sententia ex actu Dordracenis, Remonstrantium & contra, Rem. a nobis est planè allegata in colleg. Theolog. Disp. 7. conf. Calv. 1. 3. inst. c. 21. § 5. Beza resp. ad acta p. 163. Ursin. in Miscell. Bucan. p. 424. Sohn. 1. 1. p. 252. Polan. de æt. Dei præd. p. 12. Keck. Syst. Theol. p. 700. a quibus non abire post Dordracenos, dum Electionem & præteritionem s. non electionem absolutissimam asserunt, in eadem Disp. jam probavimus.

§. 2. De Injuriâ quidem conquerentur cum Sturmio de prædest. thef. 6. Szeged. in tab. p. 110. Polan. de prædest. p. 14 & p. 45. Admonit. Neostad. p. 137. qui in electione, media, ipsumq; Christum admittunt: sed fucus subest, quem termino *antede*, in conclus. posito jam aperuimus. Ita sane CHRISTUM, excludunt: & adeo absolutam electionem defendunt: at ubi jam executioni dandum electionis decretum, ibi demum admittunt CHRISTUM, ut *medium electioni jam suppositæ* subordinatum. Clare id patet ex th. 7. Disp. Sturm. *Præcipuum medium ad executionem hujus gratuiti decreti subordinatum, est Christus Mediator: & Polan. Meritum Christi est Electionis effectum, & proinde non est causa efficiens. Ideo pro nobis mortuus est Christus, quia Deus nos elegerat in illo: non contra.*

§. 3. Nos pro Concl. suprà positâ urgemus loca expressa 2. Tim. 1. 9. Ephes. 1. 5. Rom. 8. 29. & illud in ipsâ synodo probatum ab executione electionis s. *justificatione argumentum*: Quomodo Deus justificat, eo quoq; prædestinat: distinctionem quidem inter prædestinationem seu electionem, & decretum de salvando passim objicit synodus: sed id jam totiens à nostris est jugulatum. Et aut occultum est tale decretum: aut revelatum. Si posterius, ex verbo Dei aperto & minime obscuro illud doceant: quod nunquam facere poterunt, cum in illo immota sit voluntas talis: Deus filium unigenitum toti mundo dedit, ut *omnis qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam æternam. Si occultum, unde illud ipsis cognitum?*

§. 4. Acute Jacob. Andr. in Colloq. Mompalgart. ad Bezam prolixè de arcano illo consilio SS. Trinitatis, quæ justitiam suam, n. homine declarare non potuisset, nisi eum ad eternam damnationem immutabili decreto destinaisset, perorantem: Ita, inquit, de decreto illo Dei arcano, occulto & immutabili, quod Dominus cogitaverit, & in quem finem præsertim in creatione hominis respexerit, & media pervenendi ad illum, quomodo disposuerit, locutus es, ut visus fueris mihi in arcano illo consilio Dei assedis, & non modo omnia coram audivisse, quæ Sancta Trinitas, Pater cum Filio, & Spiritu S. de creatione hominis deliberaverit: sed etiam quasi tu quoq; illorum consiliarius fuisses. p. 337. Addatur sequi ex hypothesi illa i. Scripturam imperfectam esse, nec omnia ad salutem nostram necessaria continere. De prædestinatione loquendum & tacendum est cum Scripturâ Sacrà, rectè ait

ait Paræus Disp. 34. p. 587 ibidemq; addit pro ratione dictum Ambro-  
fii: *Quæ Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; quæ verò manifesta  
fecit, non sunt neganda, ne in illis illicitè curiosi in his damnabiliter inveniamur  
ignorati.* l. de voc. gent. e. 7. 2. sequeretur: In Deo esse contradictorias vo-  
luntates: certe: *Velle omnes homines salvari. & Velle absolute, ut quidam  
non salventur.* sed damnentur, *contradictionem inserit.* 3. inefficacia esse  
sacramenta: unde etiam Calviniani vehementer persuadere conantur:  
non nimis esse *considerandum sacramenta* N. T. conf. Amel. cont. Bell. tom.  
3. p. 36. 4. *Incertam fore salutem: & ex promissionibus particularibus,  
merito quovis Christi particulari, nec consolationem, nec spem solidam  
esse vitæ æternæ consequendæ.*

**Concl. II.**

**Prædestinationis species non est Reprobatio  
nec orthodoxe dicitur: quosdam ele-  
ctos ad mortem: seu prædestinatos ad  
damnationem.**

§. 1. Probat. ab autoritate scripturæ: nullum enim ex univer-  
so codice sacro exemplum proferri potest, ubi pro reprobatione ter-  
minus electionis seu prædestinationis (neq; enim nisi gradu & termi-  
norum respectu differunt) usurperetur 2. a repugnantia: Prædestinatio  
ponit finem, & mediorem ordinationem: non item reprobatio, quæ  
respicit extremum & summum malum: & adeo non finem, quæ est  
perfectio rei.

§. 2. Frustra objicitur Act. 4. 28. c. 1. 25. Rom. 9. ii. Resp. 1. poste-  
riora non habent terminum prædestinationis. 2. in l. alleg. primo, non  
agitur de prædestinatione reprobatorum: sed satisfactoriæ passionis &  
mortis Jesu Christi.

§. 3. Errant ergo Calvin. l. 3. c. 21. §. 1. Polan. de æter. Dei præd.  
p. 6. Bucan. l. 36. p. 422. Beza resp. 2. ad Act. p. 233. & seqq.



Objectum Electionis hujus non sunt Angeli: sed soli homines præsciti in Jesum Christum finaliter credituri.

§. 1. Probamus 1. à Mediatore & propitiatore Christo dato non Angelis: sed Solis hominibus Heb. 2. 16. peccatoribus 1. Tim. 2. 5. 1. Joh. 2. 2. N. ergo major in Arg. Junii: Angelis datus est mediator. Angeli non peccaverunt. E. non tantum peccatoribus ordinatus est mediator. Distinguit quidem Bucan, loc. 6. p. 75. inter Mediatorem redemptionis & conservationis s. recapitulationis & hoc Angelis opus fuisse, probare contendit ex Ephes. 1. 10. Sed absurdè. Conferatur in textu v. 7. ubi expressa est modificatio excludens Angelos. Addatur. Si omnia quæ sunt in cœlis, late sumenda, sequeretur Filium quoque esse Mediatorem conservationis inter Patrem & Spiritum S. 2. à Termino Electionis à quo, ubi sunt peccatores: at tales non sunt Angeli boni: nec unquam fuerunt. 3. à formali objecto electionis, quod sunt finaliter credituri in Jesum Christum.

§. 2. Obj. 1. Tim. 5. 21. ubi mentio fit ἐκλεκτῶν Ἀγγέλων Resp. vox Ἐκλεκτῶν dicit excellentiam Angelorum honorum, cum respectu segregationis factæ in lapsu malorum. Resp. 2. sunt quidem Angeli Electi: sed non in Christo, de quâ electione unice hic est quæstio. Errant Calvin. Buc. l. 35. p. 420. Gomarus, conf. Armin. in exam. theol. Gom. de prædestin. p. 10. & 20.

Concl. IV.

DEUS voluntate antecedente, finem & medium ex parte Dei ordinantis & offerentis, & homines, ut in lapsu miserabili propriâ culpâ positos respiciente, vult verè, & serio omnes homines ordine Evangelico salvari, ita ut non velit ullos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti.

§. 1. Quæstus ab Incomparabili Theologo Jacobo Andrea (quem

(quem turbulentum, truculentum, & tumultuosum Theologum vocat  
 Vitaker. Vol. Th. 694.) in colloquio Mompelgart. Beza: *an Deus unquam  
 dilexerit eos, qui nunc damnati sunt, aut in futurum damnabuntur*, rotundè  
 respondit: **NON**: qui idem p. 194. resp. 2. ad acta: *nullum, inquit,  
 tempus fuit, vel est, vel erit, quo voluerit, velit, aut voliturus sit Deus singu-  
 lorum misereri: sed ab aeterno pro bonâ suâ voluntate, & eâ quidem cui resi-  
 sti non potest, constituit: & quorum in Christo misereretur, & quos in Christo in-  
 duraret.* Piscator contra D. Taufreer. p. 36. & 99. **NON** quibuscumq;  
 Evangelium offert salutem, eos Deus vult salvos fieri. Deus mandat ut omnes:  
 et vult, ut **SOLLE ELECTI** respiciant, & in Christum credant. Pudet  
 sine dubio ipsos Calvinistas tam horrendi dogmatis; unde mitius lo-  
 quitur Admon. Neostad. p. 139. Polan. p. 190 sed fucus subest, omnesq;  
 distinctiones inanes: revera enim & ex hypothesi: *Deum absolute quos-  
 dam præterivisse, si non elegisse, quia sic voluit, sequitur: Deum quos non  
 velle serîo salutem omnium & singulorum: quod proinde uti superioris  
 seculi Calviniani agnoscunt: Deus, ait Bucerus in c. 9. Ep. ad Rom. quæ  
 vult & probat, ea omnibus proponit, quæ tamen non vult simpliciter illos am-  
 plecti. Deus voluntatem suam exponi vult omnibus, obtinere autem tantum  
 in electis: Deus alium vult salvum simpliciter: alium vocari tantum ad salutem:  
 perditum verò simpliciter. Non possunt non sequi vocantem, quibus Deus per-  
 suadet: non possunt sequi, quibus non persuadet: ita nec diffitentur Amesius &  
 alii Post-Dordraceni.*

§. 2. Nos huic blasphemo dogmati non alia opponemus expressa  
 Spiritus S. testimonia, quam quæ illi in colloquio Mompelgart. jam  
 antea fuerunt opposita sc. 1. Ezech. 18. 33. ubi Deus *se morientis* i. e. ad  
 æternam damnationem currentis, & *mortui* i. e. jam damnati *illâ morte  
 unde in æternum non liberabitur* (errat enim Piscator de morte corporis  
 violentâ per occisionem gladii explicans) *mortem usq; aded nolle* fatetur,  
 ut *damnati sanguinem etiam è manu prophætæ velit requirere, & juret se  
 nolle mortem morientis: sed ut convertatur à viis suis & vivat.* 2. vo-  
 cationem universalem etiam illorum, qui **NOLUNT** congregari  
 Matt. 23. 37. **Quoties VOLUI.** Matt. 11. 28. *venite ad me omnes,  
 qui laboratis & onerati estis, & ego requiescamus vobis.* Matt. 22. 3. Luc. 14. 10. Act. 17. 39. Luc.  
 19. 41. 1. Tim. 2. 4. 5. 2. Pet. 3. 9. *Deus ita vult omnes ad pœnitentiam  
 venire*

venire & salvari, ut non velit illos perire: cui contradicit expresse Calvinus: *Imus: Deus (occulto & absoluto Decreto) vult aliquos perire.* Aperte enim Piscator: *Quod Deus velit omnes absq. exceptione homines salvos fieri non est revelata veritas: sed veritatis revelatæ depravatio.* Cont. Tauffer. p. 103. Rom. II. 32. ut omnium misereatur: non aliquorum tantum. Joh. 3. 16. Sic Deus dilexit MUNDUM.

§. 3. ELECTOS hic solos intelligi, quàm vertiginosè probavit Beza & sc. Joh. 17. dicit Salvator: *Ego non rogo pro mundo.* E. Joh. 3. 16. per MUNDUM intelliguntur soli Electi. Sanè pro quibus Christus non rogat Joh. 17. sunt *non electi*, sunt *contemptores Christi*, & *beneficiorum ejus: iidemq; sunt Mundus* Joh. 17. E. illos ipsos non excludit, quando absolute mundus dicitur: Sic Deus dilexit MUNDUM: sed omnes omnino homines includit, etiam illos, qui plus diligunt tenebras, quàm lucem. Sanè c. 17. Mundum, & Electos contradistinguit: at hic talis contradistinctio non est, & adeo MUNDI nomine comprehenduntur omnes & singuli. A non oratione autem specialissimâ & conservativâ, ad negationem dilectionis non V. C. cum pro non datis *ἵνα ἴδωμεν* Evangelicam non potuerit orare CHRISTUS: *Pater sancte, Serva illos in nomine meo:* quippe Deus quidem dilexit MUNDUM & filium dedit Unigenitum propitiationem non pro nostris (credentiam sc. & ex Judæis ac gentilibus doctrinam Evangelii amplectentium) tantum peccatis: sed & pro peccatis TOTIUS MUNDI (omnium hominum nemine excluso) I. Joh. 2. 2. sed ita, ut non nisi qui credit in Unigenitum Dei filium habeat vitam æternam: utq; credant omnes, pro omnibus rogat Christus, & qui pro Christo legatione sancti sunt, obsecrant: reconciliamini Deo 2. Cor. 5. 20. at, pro illis qui tenebras plus amant quàm lucem, qui adeo credere nolunt, & illam dilectionem, ac datum sibi ex illâ Mediatorem, spernunt, contemnunt, quippe jam judicatis & damnatis, non orat, nec orare potest illud *τήρησον*, nisi forte oraret Christus, ut conservarentur in illâ resistantiâ & finali incredulitate. Obij. commune est naturale. Resp. commune ex gratiâ conditricè, vel ex creatione seu generatione naturali. Obij. si efficax est gratia, cur non omnes servantur? Resp. ob obicem voluntarium, quia sc. sunt ἀντιλέγοντες, βλασφημοῦντες, Spiritui S. resistentes, sermonem Dei repellentes. Inst. E. in arbitrio & voluntate homi-

hominis erit; bene uti gratiâ. Resp. non morosè & cum affectato  
obice relictari; uti & potentia gratiam primam admittendi  
omnino est de voluntate s. arbitrio non regenti, nisi datur gratia  
prior primâ: primæ autem effectus est, *gratiam ulteriorem & conver-*  
*sionem salutarem admittere.* Nullus hic Pelagianismus merendus.

§. 4. Argumentatur: *Quodcumq; dogma i. ex omnibus promissionibus*  
*universalibus Evangelii particulares facit; 2. ut per patientiam & conso-*  
*lationem scripturarum spem habeamus, impedit, & perturbatis conscientis*  
*omnem consolationem eripit; 3. Christum in dulcissimis suis promissionibus*  
*miseris peccatoribus illudentem describit, intolerabile est & hæreticum.*  
Dogma Calvinisticum est tale. E Minor quâ i. conf. §. 2. & 3. quâ 2.  
Si universales illæ promissiones aliquos saltem concernunt, dubitan-  
dum semper, an hic vel ille sit ex numero illorum ALIQVORUM, &  
annon sit ex numero illorum, de quibus Deus æternum & immutabile  
decretum fecit, quod nolit eos salvari: unde & ipse Wtakerus fate-  
tur, nullum ex nostro dogmate: at magnum ex Calvinistico metuen-  
dum salutis præcipitium & periculum idq; ex hypothesi: *quod qui-*  
*dam infantes baptizati in ipsâ senectâ demum regenerentur, neq; regene-*  
*rationis ullos motus antea senserint, tanto majus. Unde enim ante talem*  
*absolutam regenerationem seram, illis constabit de certitudine Electionis*  
*ex hypothesi de actu reflexo cognoscenda electionis? quâ 3. Distinctio*  
*inter vocationem efficacem & inefficacem inter respicientiæ mandatum,*  
*& intentum, inter intentionem Christi, quoad humanam naturam, & contra-*  
*riam quoad divinitatem s. Christi & Dei: inter delectationem Dei & vo-*  
*luntatem Dei in Scholâ Calvinianâ est blasphemia. Ponatur: principem*  
*in summâ annona caritate, omnes suos subditos ad se vocare, & eis omnibus*  
*frumenti copiam promittere, tacite autem secum cogitare, se nolle omnibus*  
*dare: sed quàm plurimos inanes dimittere. Annon indignissima esset*  
*illa in Principe hypocrisis? Annon autem indignius: Christum voca-*  
*re: VENITE OMNES, serio autem cogitare: VENITE ALL-*  
*QVI saltem,?*

D

AR-

# ARTICULUS III.

DE

## MERITO CHRISTI.

Et fide prædestinati.

*Concl. 1.*

Pretium mortis & redemptionis JESU CHRISTI non tantum intrinsecè, & ex condigno sufficientissimum omnibus hominibus redimendis pretium fuit: sed & ex gratioso ac seruo Dei Patris, Filii ac Spiritus S. consilio pro omnibus hominibus seruo præstitum fuit, & pro objecto materiali omnia omninò hominum individua nec adeò genera saltem singulorum: sed & singula generum habuit.

§. I. Apertè Beza: CHRISTUS non est mortuus pro peccatis damnatorum, aliàs etiam damnati saluarentur: quos (tamen) Deus justo suo æternog, decreto propter causas ipsi soli, notas, ad æternam damnationem creavit, ordinavit, & destinavit: ad quod excepit Jac. Andrea: hæc in auribus piorum esse horrenda auditu: toto corpore perhorrescere pios omnes, quando hanc vocem horrendam audierint: CHRISTUM non pro totius mundi peccatis h. e. pro omnibus hominibus in Mundo mortuum esse vel satisfacisse. Ipse Illustrissimus Princeps Fridericus tam crassa dogmata Calviniana diutiùs audire exhorruit quàm de re legantur Acta Coll. Mompelgard. p. 549. & præfat. r. Resp. Beza ad Coll. Momp. p. 16. *Quamvis, inquit, semper à Calvinianorum dogmatibus abhorruì, tamen nunquam credidi, tantum impietatem sub dogmate Calviniano latere ideò per omnem meam vitam studiosè operam dabo, nè in hos labyrinthos incidam.* At quid Beza ad hæc? Notant Acta, Bezam cum suis fratribus in alterà sedentem mensâ, risisse

riffisse Coll. Mompelg. p. 547. Neq; verò in re tanta ridere: sed respondere  
satiùs fuisset Bezae, qui ineptissime hic Disputatorem dedit. Quid enim?  
*Qui unq; damnantur, pro illis Christus mortuus non est: vel contra: Pro quibus  
Christus mortuus est, illi non damnantur: Annon petitio principii: Christus  
non mortuus est pro damnatis, s. illis qui non salvantur: quia sunt damnati,  
non salvandi?* Et præterea falsum 1. nisi limiteretur: pro iis Christus mor-  
tuus quidem est: & adeo non damnantur, ob non datum pro illis media-  
torem: sed non crediderunt in nomen unigeniti Dei filii, & adeo da-  
mnantur Evangelice ob incredulitatem: falsum 2. nisi limites: illi (si  
credant in Filium Dei unigenitum) non damnantur.

§. 2. Sic quod Bezae plane novum, & prorsus inauditum in illo col-  
loquio visum fuit: solam incredulitatem, non item alia peccata sub  
Evangelio damnare, mirum omnino, cum hæc ratione omnis planè  
tollatur electio. Cum & *electi peccaverint, & destituti fuerint gloria Dei:*  
at supposito fœdere Evangelico lex est immutabilis: *Quotquot damnan-  
tur, ob id damnari, quod noluerint verâ fide amplecti JESUM CHRISTUM,  
qui non minus pro ipsorum peccatis est crucifixus & mortuus, quàm pro pec-  
catis omnium sanctorum.* Joh. 3. 16. 17. & Matt. c. ult. 29. unde Spi-  
ritus S. arguet mundum, *de peccato, quia non credunt in Jesum Chri-  
stum* Joh. 16.

§. 3. Possibilem sufficientiam sanguinis & mortis Jesu Christi pro pec-  
catis etiam damnatorum, concedit quidem Beza: at non, CHRISTUM  
pro omnibus, etiam illis, qui æternum pereunt, fuisse mortuum: videt enim  
illud: pro omnibus mori, non dicere solam sufficientiam mortis Christi,  
sive possibilem, sive actualem vel: sic mortuum esse Christum, ut mortis  
ejus dignitas & valor, sufficiens pro omnibus dicendus sit in sese: sed & illâ  
suppositâ, efficientiam universalem, eamq; ex voluntate & consilio: quod  
cum omnes Calviniani una cum Beza pernegent, patet iterum, quid  
monstri alant Calviniani Irenici, quando se concedere jactitant:  
*Christum pro omnibus hominibus mortuum sufficienter: nihil aliud enim in-  
telligunt, quàm sufficientiam pretii inrinfecam ab omni efficientiâ recon-  
ciliationis abstractam, quomodo & Beza: Si Dominus, inquit, velle,  
omnibus prodesse passionem & mortem suam, una gutta sanguinis satis esset  
pro peccatis totius mundi, & adeo idem sentiunt, quod Calvinus, Beza &  
alii: ipsoq; Beza teste, abutuntur particulâ: pro omnibus: nec adeo fictâ:*  
D 2 sed

sed rigorosa facis est contradictio inter has 2. enunciaciones: *Christus pro omnibus est mortuus: & Non fuit consilium patris, ut Christus pro omnibus moreretur*: quod male assertum ab Amel. cont. Rem. p. 101. unde nostri usi illa enunciacione non excluderant in illa *omnem efficientiam*: sed saltem *ultimatam*, in actu solis Electis propriam.

§ 4. Consulantur textus expressi pro tesi nostra orthodoxa Rom. 5. 19. 1. Joh. 2. 2. 1. Cor. 15. 22. 1. Tim. 2. 3, 4. & qui docent: Christum mortuum, etiam esse pro iis, qui pereunt Rom. 14. 15. 1. Cor. 8. 11. Heb. 6. 4. c. 10. 29. 2. Pet. 1. 8. 9. 2. Pet. 2. 1. Varias quidem exceptiones contra hos textus *Synodus Dordracena, & Dd. Calviniani* obijciunt: cœterum peculiari jam antea disputatione *εἰς τὸ ἐπί* potissimas examinavimus: neq; tanti illæ sunt, ut non facile ex dictis illis responderi possit.

*Concl. II.*

**CHRISTUS**, post ascensionem, non solo merito & virtute sacrificii, neq; vero modo simpliciter: sed reverà meritum vel satisfactionem semel præstitam & in cruce consummatam representando, & continuò pro applicandâ salute interpellando, apud Patrem, seipsum, & S.S. intercedit.

§ 1. Interecessionem precum Christi pro nobis post ascensionem cessasse, statuit Calvinus super c. 16. Joh. Et nos quidem *earnales imaginationes de Christo ad patris genua quasi procumbente, & preces verbis ac gestibus supplicibus concipiente*, rejicimus: at non aliter intercedere, quam quatenus virtus sacrificii, semper vigens & efficax sanguis, continua est intercessio, negamus.

§ 2. Probamus conclusionem: Quicumq; expressè promittit se post ascensionem rogaturum patrem, ut mittat paraclerum. 2. expressè & in sensu composito dicitur sedere ad dextram patris, & interpellare pro nobis. 3. advocatus noster apud Patrem Jesum Christum. 4. Sacerdos in

perpetuum. 5. vivit in cælis ad interpellandum pro nobis, & verè pro nobis  
intercedit. At de Christo expresse id testatur scriptura E. conf. qvâ 1.  
Joh. 14. 16. qvâ 2. Rom. 8. 34. qvâ 3. I. Joh. 2. v. 1. qvâ 4. Pf. 110. 3. qvâ 5.  
Heb. 7. 25. *Objic. intercessio minuit divinitatem.* Resp. negando: qvint  
potius probat divinitatem, qvatenus intercessor talis apud Deum sup-  
ponitur, qui preces & cordium nostrorum gemitus exaudiat, & simul  
sit & advocatus noster, & propitiatio pro peccatis totius mundi.  
Intercessio ergo conjuncta cum infinita virtute, & divinitatem maxi-  
mè probat. Est quippe hæc intercessio actio Mediatoris *Intercedere* ac  
infinita, eaq; uti *extensivè* olim *in terris* est facta, tum pro *Universitate ho-*  
*minum*, tum specialiter pro *Universitate credentium*, & specialissime,  
*electorum*, Joh. 17. 20. ita nunc quoq; datur *post adscensionem* in cælis  
Rom. 8. 34. licet hic intercedat Christus, non, *novas actiones vel passiones*  
*satisfactorias* edendo, vel patiando, Ebr. 5. 7. sed illas semel præstitas con-  
tinuo representando, & pro applicanda salute interpellando Ebr. 9.  
24. 23. ut dicitur. Scholæ. *inter orare & intercedere*, alia item Remon-  
stracium absurda nunc premiamus.

*Concl. III.*

**Omnes salvandi sunt electi in, per, & propter  
Christum, & proinde meritum Christi est  
electionis nostræ causa meritoria.**

§. 1. Respectum inter *Electiōnem & meritum* non negant quidem  
Calviniani: at non nisi sub *notione effectus*, ita ut *Christus cum suo merito*  
non fuerit *electionis causa*: sed *effectum*, idq; inter 12. effecta subordinata  
solis electis adultioribus propria, *primum*: uti 2. *efficax vocatio*. 3. *fides*.  
4. *justificatio*. 5. *sanctificatio*. 6. *Studium bonorum operum*. 7. *invocatio Dei*. 8.  
*vorum respicientiæ*. 9. *desiderium adventus Christi*. 10. *patientia in adversis*.  
11. *certitudo victoriæ*. 12. *donum perseverantiæ*.

§. 2. Nos pro superiori conclusione urgemus 1. *emphaticas parti-*  
*culas*, qvòd sc. *electi dicamur in, per, & propter Jesu Christo* conf. Ephes. c. 1. v. 4.  
6. 10. qvò ipso & *causa efficiens, meritoria, & fundamentum & norma*  
*notatur electionis*: aliud enim est: *eligi in, per, & propter Jesum Christum*: aliud *in Christo*  
*in, per, & propter* qvòd ibidem explicatur per: *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. c. 1. 5.



ubi frustra excipit p. 45. de præd. Polanus, notari *Electiois medium*, vel *subjectum in quo*: & tamen Christum esse *primum electum*, quia *caput*. Certè esse *primò electum & non esse*: sed *poni ut medium supposito* jam electionis actu, contradicentia sunt. Urgemus 2. per & propter Christi meritum justificamur E. per & propter illud quoq; eligimur. Rom. 3. 23. 24. Gal. 2. 16. Urgemus 3. *quod electi dicimur*  $\kappa\tau\omega\epsilon\lambda\epsilon\gamma\omega\sigma\iota\omega\upsilon$  1. Pet. 1. 1. E. *nò absq; intuitu prævio meriti Christi*.  $\tau\omega\ \acute{\alpha}\gamma\iota\omega\upsilon\ \omega\epsilon\epsilon\gamma\omega\sigma\ \mu\acute{\epsilon}\rho\omega$  1. Pet. 1. 19. 20. Rom. 8. 29. Manet ergo 1. *Aliam esse prædestinationem Capitis: aliam membrorum*: illam hujus esse *fundamentum*. 2. *Christum, esse causam nostræ electionis*, non respectu actus *transitorii*: sed respectu *continui intuitus, actus satisfactorii*. Ipse quidem actus satisfactionis fuit *transitorius, & duratione certâ mensuratus*: & adeo fuit decreti satisfactorii, quod fuit in electione, effectus: neq; tamen exinde concluditur: *Decretum prædestinationis fuisse prius decreto satisfactionis, vel ipsam satisfactionem esse Electionis ut sic, effectum*.

§. 3. Obj. Calvin. 1. *Argumentum donationis*. Donati à Patre, antequam donarentur Christo, fuerunt Patri Joh. 6. 37. v. 44. c. 17. 9. conf. Calvin. l. 3. inst. c. 23. §. 7. Resp. 1. non *primitate temporis*: sed *ordinis*. 2. non *suerunt Patris, absolute*: sed *ordinate*: quatenus jam suppositi, ut in Christo reconciliati, & credituri. Obj. 2. Zanch. de nat. D p. 699. Ursin. p. 409. *Electio fuit causa missionis filii* ex Joh. 3. 16. Resp. in textu non dicitur *electio*: sed *dilectio*, cujus effectum fuisse *missionem filii tum ut in decreto, tum, ut in complemento*, devotissime agnoscimus cum Schariâ Luc. 1. 78. cum Apost. Rom. 5. 8. Ephes. 1. 3. 4. Obj. 3. *N. effectus est præstantior suâ causa. Electio est præstantior merito Christi. E. nec electio est effectus meriti: nec meritum causa electionis*. Resp. neg. minor. Hypothesis Calvinii, quam habet l. 2. Inst. c. 17. §. 1. *blasphemia est, & plusquam Nestoriana, sc. indignum esse Christi meritum, ut nobis reconciliet iratum Deum*: oritur sc. ex Alloesi illâ, quam Lutherus noster dudum vocavit: *larvam Diaboli*. *Verè & realiter mors & passio satisfactoria Dei fuit: imo tam verè Dei: quam verè hominis*: unde  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omega\upsilon$  nostrum est *infinite virtutis*. Patet hinc, *negatâ reali Naturæ assumptæ cum divinâ,  $\kappa\epsilon\gamma\alpha\upsilon\iota\epsilon$  & positâ Alloesi Calvinianâ, impossibile poni, mortem & sanguinem Christi esse sufficiens pretium pro peccatis totius mundi*, impos-

impossibile, justitiæ divinæ passione & morte Christi satisfactum esse, & sic nec sanguine CHRISTI sumus redempti, nec Deo reconciliati, nec justificati, nec adeo salvandi. Nullum hic medium est. Aut realiter Naturarum & Idiomatum in Christo est danda: aut ruit satisfactio Christi, & tota salus nostra: & sic à Calvinianismo itur ad Photinianisimum. Obij. 4. *Effectus æternus, causam quoque, habere debet æternæ durationis.* At talis causa non est meritum Christi. Resp. sufficit causam talem esse resp. intuitus, virtutis, & decreti, quomodo intuitus respectu, Electio facta est ab æterno. Obij. 5. *Electus non est electionis causa. Christus est electus.* E. Resp. 1. lim. *Electus, ut electi.* Sic concess. maj. neg. min. 2. velita: *Electus, ut moriendo satisfaceret* sic concess. min. negatur major. imo rectè invertetur: *Electus, ad mortem satisfactoriam, omnino est causa Electionis crediturorum.*

*Concl. IV.*

Rectè formul. Concord. in Epit. Electio, inquit, est decretum Dei, quo ab æterno constituit omnes & solos illos, qui in Christum Jesum credunt, salvos facere. Ad Electionem ergò ex ordinatione Evangelicâ requiritur intuitus fidei, quæ in sensu Calviniano malè dicitur effectus electionis.

§. 1. Probatum 1. *præsciti credituri sunt electi.* E. *electio non est exclusiva fidei.* Rom. 8. 29. 1. Pet. 1. 2. Inst. *A præscientiâ ad præscitam fidem non* V. C. Resp. valet omnino: quia est *præscientia specialis conjuncta cum beneplacito Dei Patris* Col. 1. 19. & adeo *inclusiva & Filii, & meriti* ac hujus tum ut acquisiti, tum ut applicati, quod fit solâ fide. E. fides prævisa, est pars ordinis in æternâ electione suppositi, ac in Evangelio revelati.

§. 2. Inst. Marlor. in c. 9. Ep. ad Rom. v. 27. Piscator in c. 8. Ep. ad Rom. Calv. 1. 3. Inst. c. 23. § 7. Polan. p. 19. Keckerm. p. 303. Beza resp. ad act. p. 152. *præscientiam esse ipsissimam prædestinationem, vel decreti prædestinationis effectum.* Resp. nos cum Apostolo distingvimus & distin-

distinctos gradus ponimus. *Quos præscivit, hos etiam prædestinavit.* Rom. 8. E. est distinctum: neq; tamen prædestinationis effectum: quia Apostolus ibi: descendit non ascendit. Inst. Præscientia illa non est sine approbatione & dilectione divina. Resp. at non absolutâ sed fide & merito Christi modificata, vel in Christo fide apprehenso fundata.

§ 3. Probatur 2. ex canone Theologico: *Quicquid Scriptura enuntiat de nobis hominibus in Christo & per Christum, id totum enuntiat cum respectu ad fidem.* At enuntiat nos electos in Christo. E. Ephes. 1. ii. Probatur 3. ex *Comparatione decreti & executionis.* 4. ex *Catena Apostolica Rom. 8. 29.* ubi in singulis gradibus est fides. 5. a *relatione Organi offerentis & recipientis:* illud *Evangelium:* hoc fides: unde illud dicitur quidem *virtus Dei ad salutem:* sed non nisi *omni credenti.* Rom. 1. 16. conf. 2. Theff. 2. ii. ubi hæresis Pifcatoris noranda quæ per *sanctificationem Spiritus,* intelligit *studium honorum operum.* Absurde.

§ 4. Cæterum, ut *fidem* (relative consideratam, de quo nulla nobis cum Adversariis lis est) medium *justificationis* admittant *adversarii,* ad *electionem* tamen non nisi, ut *effectum relatum ad causam,* sese habere fidem, ipsumq; *electionis decretum resp. Dei ita esse absolutum,* ut nullam *planè includat fidei in Christum conditionem,* statuunt: conf. Keckerm. Syst. Theol. p. 301 Polan. de prædest. p. 26. Objiciunt 1. Joh. 15. 16. E. *Electio prior fide.* Resp. sequeretur saltem: *Gratiam quæ est in electione, esse priorem fide ut intuitâ.* Nihil obstat, quo minus aliquid esse possit diverso respectu & *causa & effectus,* item & gratiæ donum, & gratiæ eligentis f. electionis organum. Sanè Christus est *causa meritoria electionis,* & tamen per *viscera misericordiæ Dei nostri apparuit nobis oriens ex alto,* idemq; per illa ipsa viscera destinatus est *Mediator.* Addatur 1. in *Electio*ne fides se habet ut *Organum:* non ut *meritorium.* Imo proprie loquendo, ne quidem, ut *causa* 2. Fides in *Electio*ne est non ut *existens reale:* sed ut *præcognitum realiter existiturum.* Γνωστὸ τῷ Θεῷ τὰ ἔργα αὐτῶ ἀπὸ κτίσεως κόσμου. 3. nulla *conseq.* in *electione* est *fides præscita.* E. *nos eligimus Deum:* manus mendici non dat danti, cum acceptat à dante.

§. 5. Obj.

§. 5. Obj. Act. 13. 48. unde concludunt: *Fidem effectum esse electionis. Electio prior est sine. E. etiam medio ad finem ducente.* Resp. 1. conceditur: *Fidem ut existentem actualiter, posteriorem Electione, & sub hac restrictione formali, immediate non esse conditionem vel causam organicam electionis.* 2. Si crediderunt *πειθόμενοι*, E. datur *πίστις Evangelica* conf. v. 43. 44. 45. 46. 48. Non ergo crediderunt, quia absolute prædestinati: sed quia ordinem Evangelicum secuti non rejecerunt gratiam primam, uti illi *απειθοῦντες, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες.*

§. 6. Obj. *Fides dependet ab Electione. E. non est conditio electionis.* Resp. 1. terminus dependentiæ hic pro eminentiâ mysterii est purificandus, ut nihil aliud dicat quam nexum mutuum, qualis est in subordinatis quomodo subordinata sunt: *Gratia Dei, Meritum Christi, Fides*, licet huic magis proprie competat ratio dependentiæ: est enim donum gratiæ, ut causæ: & adeo dependens est respectu gratiæ & meriti: *minus autem proprie dicitur dependere ab electione.* Fides determinat electionem, non ut *causa impulsiva vel meritoria*: sed ut *instrumentum*, unde quando dicitur:  *Electionem dependere à fide* intelligendum est, prout supra in Conclus. expressimus. Bene Hutterus in Formul. concord. *Media hæc, inquit, videl. meritum Christi & fides tum ratione Electionis: tum ratione ordinis duplicem obtinent respectum: unum causæ: alterum effectus.* Christus enim relatus ad electionem hominum, causæ respectum obtinet: at idem Christus cum suo merito relatus ad ordinem mediorum salutis, sortitur rationem effectus, propterea, quod ipsum Christi meritum est unum ex mediis persciciendæ electionis. Similiter fides effectus est hujus ordinationis mediorum, & adeo posterior est vocatione, prædicatione, Sacramento: at quatenus hæc fides salvificam sustinet relationem ad correlatum suum Christum, eatenus est causa instrumentalis.

Concl. 7.

RENATI, non ELECTI, totaliter & finaliter: Electi, non quidem finaliter: attamen & actu secundo, & actu primo totaliter  
E  
amit-

amittere possunt Spiritum S. & fidem operantem per charitatem, quam proinde non *καταχρηστικῶς* & improprie: sed proprie habent multi non Electi.

§. I. Apud Calvinianos simpliciter convertibilis est hæc omnis Electus est renatus, cujus conversa est hæc: *Omnia renatus est electus*, id est respectu appropriationis, consequens est horridæ illius hypotheseos absolute electionis & reprobationis, quatenus effectus predestinationis nullis non predestinatis, & electis convenit: licet, respectu inamissibilis ad tempus durationis, absoluta electio non sit causa conclusionis. Nulli ergo non electo fidem & charitatem ex puro corde, conscientia bonâ, & fide non fictâ, manantem tribuunt: nulli electo totaliter fidem & gratiam illam ad tempus, adimi posse, defendunt, actu, inquam, etiam primo: (actu enim secundo adimi posse unus vel alter ex Advers. concessit conf. Ursin. in explic. Cateches. p. 415. licet ut hoc nomine illis gratulemur, opus non sit.) Conf. Calvin. Epist. 179. p. 333. Zanch. in Misc. p. 8. Polan. p. 109. Sohn. tom. 2. p. 764. & Synodus Dordrac. in Actis contra remonstr. cujus hæc expressa sunt verba in jud. Theol. provincialium. *Quamvis vere fideles ex infirmitate humana, socordia, ac neglectu exercitiorum pietatis in gravissima aliquando peccata prolabantur, non tamen ea committentes, atq; officii sui immemores obtorpescentes, fidem suam totaliter amittunt: in vere enim credentibus radix fidei ac semen regenerationis manere dicitur.* 1. Joh. 3. 9. conf. & Paræum disp. 34. p. 503. Ita Wittakerus: *Fides genuina, & gratia, non nisi ad solos predestinatos Dei, filios pertinet* Demones hypocritæ, *αὐτοῦ ἔργου, improprie & καταχρηστικῶς credere dicuntur: idem paulo post p. 696. Aliud est recedere a gratiâ, i. e. carnis concupiscentiæ obedire, & divinis Spiritus monitis ac motibus reluctari; aliud, excidere à gratiâ, & Spiritum extingvere, nullam gratiæ scintillam retinere. Illud cadit in Electos: hoc, non item.* Electorum fides durat ad extremum, nec Christum quem semel complexa est unquam dimittit. Hæc Wittakerus.

§. 2. De Simone Mago quæstio mota fuit à Beza in colloquio Montpelgariensi p. 461. an baptizatus crediderit? Negantibus Calvinianis fidem Simonis, & id de simulatione vel simulatâ saltem fide explicantibus. affir-

affirmatum illud, uti par erat, est à nostris, ex expresso textu Act. 8. 13. TUNC SIMON ET IPSE CREDIDIT: ubi, explicare *Credidit* per, *simulavit se credere*, verè simulacrum est. Obiectum à Beza ex Actis c. 8. 21. *Non est tibi pars, nec fors in hoc verba. iteum: cor tuum non est re-ctum coram Deo.* Resp. Jacob. Andrea: *exinde concludi, gratiam quam in Baptismo acceperat, per suam impietatem iterum amittere potuisse, & revera amisisse.* Habuit ergo gratiam fidei, quando baptizatus est, imò videns *stigma & virtutes maximas fieri, stupens admiratus est*, imò & post potentem Petri Elenchum, petiit ab Apostolis, *ut orarent pro se apud Dominum, ut nihil veniret super se horum, quæ Petrus dixerat* conf. v. 24. 25.

§. 3. Cum satis misere principium petiisset Beza, suo fidei simulacro, quæsitus à Jacobo Andrea, *annon Simon Magus potuerit veram fidem iterum amittere*, rotunde respondit: *NON: nam qui semel verà fide à Deo donantur, eam nunquam amplius amittere possunt.* Quæsitum num David adulterium perpetrans cum Batsabâ, uxore Uriæ, *fidem & spiritum S. amisit?* & pro affirmativâ adductum illud Apostoli: *si secundum carnem vixeritis, moriemini:* contra Beza: *ego, inquit, dico Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & spiritum S. neq. eam amisisse.* Hæc est horrida illa vox Bezae & Calvinianorum, si quæ alia, & blasphema & Scripturæ S. plane contraria. Sentiunt Adversarii vim argumenti ab exemplo Davidis: unde quod per se & ἀπαρῶς consideratum, negare non possunt scdissimum omniq. reprehensione & pœna dignissimum, per ὀφθαλμοῦ emollire student se. à lapsu Petri Christum abnegantis, abjurantis semel, iterum, tertio: *Nullum, ait Witakerus p. 696. peccatum magis cum fide pugnat, quàm Christum abnegare.* Exaggera Davidis adulterium & homicidium, quantum libuerit. Petri periurium, & blasphema apostasia, omnes majores culpæ causas & circumstantias habet. At Petrus non amisit fidem: sed in eo remanserunt ἀρετὰ ἀμείψευτα. E. in Davide quoq. semen, radix & fidei mansit scintilla. conf. Calv. T. 5. in Har. Ev. p. 339.

§. 4. Erat sane David renatus, & quidem ipsius sanctissimi Spiritus iudicio *Vir secundum cor Dei* Act. 13. 22. at ille idem *factus adulter & homicida*, ubi gradus peccati Davidis probe attendantur ex 2. Sam. II. v. 2. 3. 4. 8. (coll. cum 5.) 13. 15. 25. 27. unde patet *in utrumq. peccatum toto ac obfirmato animo ruisse, imò toto fere anno pœnitentiam non egisse* conf. c. II. 5. & ult. c. II. 5. 13. 14. Et tamen in illo ipso adulterio retinuerit fidem &

*Spiritum Sanctum? Cæterum quàm ἀθεολόγως illa bruta vox Bezae erupit, tam scelerate in eodem colloquio defensa fuit, ut sibi gratulari habeant omnes adulteri: Dabine tu, ait Beza ad Jac. Andr. aliquem hominem, qui sit sine aliquâ labe? In quo non sit caro? Fieri potest, ut aliquis ita scortetur, ut vix sentiat se scortari: num propterea Spiritum Sanctum amitteret?*

§. 5. Similibus tamen tantum paradoxum adstruere laboravit Beza: Ratio in ebrio non amittitur, etsi non exeritur: ignis, etiam cum latet, ignis est. Cæterum an sub cineribus adulterii, homicidii, lateat ignis, gratia sc. fides, & Spiritus S. hoc est ipsum κενώμενον. Et à ratione seu dono naturali, substantiali, ad supernaturalem gratiam & dona, ut inamissibilia non V. C. Addatur: plurimos ebrios rationem amittere non saltem in actu 1. sed & 2. & ita non ficcâ morte perire: quod nostro seculo horrendis & indignissimis Christiano nomine, satis constat exemplis,

§. 6. Acriter hoc nomine in Philippum invehitur Calvinus, quod tam horrido dogmati subscribere noluerit pag. 180. Epist. Cæterum nos pro superiori conclusione urgemus 1. Ezech. 18. ubi, de verè renato deficiente dicitur: *Omnis justitiæ ejus non recordatio fiet amplius* conf. v. 6. 7. 8. 9. 2. Rom. 8. 13. Luc. II. 24. Rom. II. 21. 22. 3. conf. Matt. 12. 31. Heb. 6. 45. c. 10. 26. 27. 1. Tim. 1. 19. 4. fructus dogmatis arguunt Pseudoprophetas: *Si electi, quæcumq; etiam flagitia committunt, non excidunt gratiâ Dei. E. jam secure licebit, scortari, vel certe securi reddentur de peccatis flagitiosi.* Item: *Ira Dei, peccatorum pœnâ minitans, & gratiam, peccata non imputans, erunt consistibilia simul.* 5. Addantur exempla: *Saulis* 1. Sam. 16. 14. c. 9. *Aaronis* Exod. 32. *Davidis* 2. Sam. II. conf. sup. *Salomonis* 2. Sam. II. 24. 1. Reg. 3. 3. *Petri* Matt. 26. 70. Luc. 22. 57.

§. 7. Obj. 1. fides credentis est flumen aquæ vivæ. E. non defestibilis. Joh. 7. 38. Resp. 1. *reduplicativè*, quamdium ex fide justus est. 2. aliâs sequeretur: *sicut flumen fuit & arbor florescit actu secundo*: etiam renatum nunquam amittere fidem actu 2. Obj. 2. *Justus cadens non profernitur* Pf. 37. 24. Resp. 1. Non omnis casus est peccatum: dantur enim casus calamitarum, ubi justus turbatur: *at de presidio æternæ salutis non deturbatur*: nec omne peccatum, actu 2. est κενώμενον: discernendæ enim infirmitates, ab illis manifestu flagitiis, quæ fuit adulterium Davidis: & ab illis operibus carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non hæreditabunt. conf. Rom. 8. 1. 3. Gal. 5.

§. 8. Obj.

§ 8. Obij. 3. David adulter respiscens orat: *Spiritum s. tuum, ne auferas à me*, idem à prophetà admonitus statim in confessionem erumpit: *Peccavi in Dominum*. Resp. ad 1. orat ne secundo id fiat, quod fieri posse tristissimo exemplo didicerat. Ad 2. confessio illa non probat fidem & Spiritum latentem in instantibus delicti: sed efficaciam *vivi Dei verbi* operantis in Davide *μετέπειθεν εὐς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον*. Obij. 4. *Desponsatio Dei cum credentibus aeterna*. E. indefectibilis totaliter. Resp. à parte Dei intendentis, operantis, non datur *causa desponsationis rumpenda*: at datur saepe à parte nostri: unde peccata dicuntur separare nos à Deo. Obij. 5. *Electos Christus diligit ad finem*: E. illorum *fides est indefectibilis*. Joh. 13. 1. Resp. finaliter. Addatur sensus: *poterat Christus horum mortis, quam instare sciebat, effugere: sed noluit, ut, quos semel amore complexus erat, ad finem diligeret*. Obij. 6. *Spiritus s. manet cum electis in aeternum* Joh. 14. 16. Resp. *manentia illa Spiritus s. durabilis* non opponitur *temporali* excussioni: sed desiturae visibili Jesu Christi conversationi.

§. 9. Obij. 7. *Qui in Christum credunt, manent in illo* Joh. 6. 56. i. e. continenter perseverant in Christo Resp. inde non probatur, quod concludit Wtakerus: *ne ad momentum quidem abscedere à Christo*: *κοινωνία* inter Christum & electos est quidem mutua. & reciproca: sed omnino ad tempus, etiam diuturnum, solubilis, ita ut ex amicis Dei hostes Dei fiant & ex hostibus Dei in amicitiam Dei redeant Ezech. 18. 24. Matt. 13. 20. 21. Ebr. 3. 2. 1. Tim. 1. 10. Obij. 8. Rom. 8. 38. Resp per instant. v. 1. & 13. in inductione Apostolica non est: *peccatum*. Obij. 9. *nexus justificationis & glorificationis* in catenà Apostolica Rom. 8. 30. Resp. supponitur ibi *subjectum electum*, in quo *glorificationem* infallibiliter sequi ad *justificationem*, concedimus: neq; tamen exinde concluditur *inamissibilis* ad tempus, *gratia*. Obij. 10. *Dona Dei sunt ἀμεταμέλητα* E. *inamissibilia* quæ actum 1. Resp. sensus est: Deum *beneficia* morte Jesu Christi *paria* non *invidere* vel *denegare* *Judeis*, ita ut futura sit *rejectionis* totius *Judaicae nationis* à *regno Christi*. Contrarium ergo infertur, sc. posse quosdam ad tempus excidere *gratiâ*, & tamen *redire in gratiam* Obij. 11. Phil. 1. 6. Resp. Ordinate. Obij. 12. *Verbum est semen incorruptibile* E. *in quo semel est, semper est*. 1. Pet. 1. penult. Resp. conf. Marc. 4. 16. 17. 18. 19.

10. 8. 2

A 3

§. 10. Obij.



§. 10. Obij. 13. *Calamus quassatus non est confringendus* Es. 42. 3. Resp. non quæritur de infirmitatibus: sed de destinata malitiæ lapfibus. Obij. 14. *qui sunt ex electis vel renatis, semper manent tales: & nunquam egrediuntur ex illis.* i. Joh. 2. 19. Resp. resp. perseverantia finalis: non temporalis. Non ex discessione vel abitione ut *Unâ*: sed ut *Apostaticâ* cum statu finali præsumto, colligit Apostolus non prædestinatos. Obij. 15. i. Joh. 3. 9. Resp. Notatur regenerationis cum peccatis mortalibus infirmitas: non peccandi in subjecto regenito impossibilitas: adeo ut renatus, quamdiu talis, non peccet mortaliter: & contra, qui peccat mortaliter, quamdiu talis, non est regenitus. conf. v. 15. & Exemplum Davidis. *Nullus renatus, quando fit homicida, habet in se vitam manentem.* Potest ergo renatus, fieri homicida (exemplo David,) qui proinde, quamdiu non redit per pœnitentiam, non habet in se vitam spiritualem. Addatur. *Si propterea, quia semen Dei in regenito semper manet, regenitus non potest fidem amittere, vel peccare, sequeretur nec posse regenitum à gratiâ recedere, carnis concupiscentiæ obedire, & divinis spiritus motibus reluctari.* Qui Anabaptistarum & Calvinianorum syncrismus est, Obij. 16. *Christus rogavit pro Petro, ne fides ejus deficeret.* Resp. *si non defecit fides Petri, Petrus non est conversus. At est conversus.* E. Luc. 22. 32. 2. notatur *deficientia cum morâ*: fides enim Petri paulo post statim est instaurata, conf. ibid. v. 61. 62.

## ARTICULUS IV.

DE

## REPROBATIONE.

Concl. 1.

DEUS non ex absolutâ voluntate, seu occulto arcano consilio, sine incredulitatis intuitu, quosdam & quidem maximam generis humani partem ab hæreditate prædestinatâ filii

liis exclusit: nedum arcano consilio quosdam ad interitum præparavit: longè minus ex illo decreto quibusdam peccandi necessitatem injecit: sed illos solos, quos præscivit in Jesum Christum finalitèr non credituros, reprobavit.

§. i. De reprobatione disputaturis Remonstrantibus in Synodò Dordracenâ persuadere voluit synodi præses, ut potius de *suavi & plenâ consolationis materiâ electionis*; quàm de *odiosâ materiâ reprobationis* agerent: cui acutè responderunt Remonstrantes, se agnoscere quidem doctrinam Electionis esse *suavem, & consolationis plenam*: ceterum eas, quæ ex *absolutâ & inconditionatâ electione* eliciuntur *consolationes*, periculi plenas esse, & peccandi commearum hominibus facere: oppositam autem *Reprobationis absolutâ doctrinam* iure meritoq; *odiosam esse*, quia *desperationis plena est, & justitiæ divini contraria*. Act. Remonstr. Histor. p. 78. & 82. addunt iidem rectè: *tractatus plenos horridarum & in Deum contumeliosarum assertionum circa Reprobationem à Contraremonstr. in vulgus esse sparsos; non sine honorum offendiculo, & reformatæ religionis infamiâ* sc. de creatione maximæ partis hominum ad interitum, reprobatione infantium ex fidelibus etiam parentibus progenitorum, necessitate lapsus, vocatione, & voluntate Dei inefficaci, peccatorum omnium inevitabili necessitate, voluntate Dei arcanâ & revelatâ, impossibili fidelium etiam in horrenda scelera lapsorum à fide justificante defectione. conf. nunc saltem Calvin. l. 3. inst. c. 7 §. 7. c. 23. §. i. c. 21. §. 5. Beza resp. 2. ad acta p. 148. Polan p. 147. 185. Buc. l. 36. p. 433. Zanch. l. 5. de nat. Dei c. 2. de repr th. 1. q. 668. Storm. th. 15. de Prædest. Synod. item Dordr. in Act. Remonstr. Dogmaticis à p. 25 ad 46. & in Act. contrarem. ad Art. i.

§. 2. Neq; minus rectè à Remonstrantibus in Dogmat. p. 55. circa Art. i. de prædest. observatum: *De objecto, tot esse inter contra Remonstrantes, sententias, quot sunt capita: alios, enim objectum reprobationis statuere homines indefinite consideratos: alios, homines ut condendos alios ut conditos,*

*ditos, alios, ut lapsos, alios, ut condendos, conditos. & lapsos simul, alios, ut salvabiles, damnabiles, creabiles, labiles, reparabiles, tam multiplici discrimine, ut in perplexissimis labirynthibus herere se experiatur quusquis in istas variantes Theol. Contra remonstr. opiniones incidit. conf. Beza resp. 2. ad acta p. 148. à quo dissentiunt circa objectum formale reprobationis Bucanus p. 400. Keckerm. Syst. Theol. p. 308. l. 3. & ut plurimum Neoterici post-Dordraceni.*

§. 3. *Sic de Reprobationis genere, an sit prædestinatio? Affirmant Calv. l. 3. inst. c. 21. Beza l. alleg. p. 232. Buc. p. 391. & Cantabrigienfis Witakerus qui p. 695. loc. Theol. si, inquit, est quædam prædestinatio ad vitam, necessario sequitur esse quoque prædestinationem ad mortem. Negat Keckerm. illamque sententiam tanquam absurdam refutat l. 3. syst. Theol. p. 296. Sic de actu primo & secundo decreti: alii enim totum decretum faciunt absolutum ἀπλῶς Zanch. de N.D. l. 5. c. 2. part. 4. p. 694. alii tantum absolutum, respectu actus primi, qui sit deputatio ad dedecus: non item respectu actus secundi s. decretæ exclusionis à vitâ æternâ Buc. p. 130. Keck. p. 208. Trelc. p. 48. Sic de ordine, quem Deus observat in actu tam eligendi, tum reprobandi, quibus circa objectum versatur & aliis capitibus nondum inter ipsos consensus obtinuit.*

§. 4. *In illo tamen conveniunt hodie: reprobationis peremptoriæ ad æternum exitium, Objectum formale, primum & ad æquatum non esse homines, ut præscitos finaliter in Jesum Christum non credituros: s. uno verbo, conveniunt in absolutâ reprobatione s. Deum absolute quosdam ad interitum æternum reprobasse: idque, quia ita voluit, licet aliis in executione decreti, justa damnationis causa sit peccatum: ita ut nemo unquam damnatus, vel damnandus sit, sine peccato. Clare Witakerus in concione cygnea, quæ est in Tomis p. 692. 693. Certum est damnationem nunquam, nunquam, nisi propter peccatum infligi: at reprobationis negativæ causa non est in iis qui reprobantur: sed in decreto ac voluntate Dei, quæ æquè est causa reprobationis ac prædestinationis, quandoquidem providentiæ divinæ munus est, omnia ad suos fines certâ ratione, certisq; mediis ordinare. Sic enim Deus omni lege solutus est, ut ei Liberum licitumque sit sine crimine injustitiæ aut crudelitatis, etiam innocentes & immerentes damnare, & quam multos voluerit reprobare, nullâ de causâ NISI QVOD VOLUERIT conf. Chamier. ep. Panstrat. l. 8. de præ-*

prædest. c. 1. Calv. l. 3. Inst. c. 7. §. 7. c. 23. §. 1. 45. Beza l. all. p. 148. Pol.  
 p. 147. 185. Buc. l. 36. p. 433. Sturm. th. 15. de prædest. Keckerm. syst.  
 Theol. l. 3. c. 1. p. 308. Piscat. l. 19. de prædest. thes. II. 28. 35. 53. ubi ex-  
 pressè habet 1. *Deus aliquos pro beneplacito præterivit, nec illorum miser-*  
*tus est.* 2. *Peccatum non est causa præteritionis: est tamen causa damnationis.*  
 3. *quos præterivit Deus & damnare decrevit, eos quoq; decrevit non facere*  
*participes mediolorum illorum, quæ ad salutem perducunt: sed sibi relinquere,*  
 aut etiam Diabolo tradere, ut tum hujus: tum prævæ suæ naturæ instin-  
 ctu interitum sibi accersant. 4. Unde idem resp. ad Apolog. Bertiip. 51.  
*Etsi Deus neminem, ullâ miseriâ afficit, nisi propter peccatum, idq; justè:*  
 tamen hoc non obstat quò minus maximam generis humani partem ex  
 mero beneplacito, absolute & sine respectu ullius peccati (tanquam  
 causæ impulsivæ) reprobavit, ad DAMNATIONEM & CAUSAS  
 DAMNATIONIS, destinavit, atq; creavit, idq; absq; ulla Tyrannide.  
 Hæc est blasphemia Piscatoris & Calvinianorum sententia: neq; verò  
 solius Piscatoris: sed & reliquorum Calvinianorum: unde nec ipsam Syno-  
 dum Dordracenam ab hac horridâ sententiâ, quâ rem ipsam, abiisse, ex  
 expressis & iteratis allegationibus synodi Actorum Contraremonstr.  
 probavimus Disp. 7. Collegii Theologici. conf. in Act. Contraremonstr.  
 p. 343. art. 15. p. 401. & in Jud. Theolog. Provincial. à p. 26. p. 33. seqq.  
 & admon. Christ. D. Sigvvari de tremico Parei à p. 400. 405. &c.

§. 5. Licet autem tam horridum dogma enarravisse, sic refutasse,  
 pro nostrâ tamen orthodoxiâ contra Calvinismum urgemus 1. Quæ-  
 cunq; sententia contradictoria est illius, quæ pugnat cum 1. *Dei naturâ.*  
 2. *Dei φιλανθρωπία.* 3. *Dei veritate juratâ & voluntate revelatâ* 4. *Dei*  
*bonitate inexhaustâ.* 5. *Dei justitiâ.* 6. *Universali Dei benevolentia,* illa est  
 orthodoxa. Atq; nostra est talis. E. probatur minor quâ 1. *Deus nullo*  
*modo est volens iniquitatem,* quâ 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri.*  
 quâ 3. *Deus jurat se nolle mortem morientis:* & contestatur, se **NON**  
**VELLE ULLOS PERIRE.** quâ 4. *bonitas Dei non addicit morti inson-*  
*tem.* 5. *injustum est aliquem absq; propriâ culpâ pœnis destinare.* 6. *creatu-*  
*ram æterno & horrendo cruciatui addicere, & huic fini condere vel condi-*  
*tam absolute destinare non congruit universali Dei benevolentia.*

§. 6. Calumniosam dicent rationem, Calviniani, & talem jam an-  
 tea illam dixit Beza distingvens inter *esse exosum & odio destinatum:* illius  
*causam esse peccatum:* hujus, *Dei voluntatem* p. 1. quæst. & resp. p. 121.

Cœterum si vi illius destinationis *necessitate consequentis* non potest non taliter destinatus esse exorsus, idq; propter peccatum, sequitur quominus destinationem illam fundamentum esse & *causam primam odii, & peccati*: unde idem Beza vol. 1. p. 417. *Quod subiectis*, inquit, *non tantum ad damnationem: sed etiam ad causas damnationis prædestinasse, quoscunq; libuit, verum esse agnoscimus*: & quid multis? Expressè reprobationis unum actum eumq; *simplicem & absolutum* ad dedecus seu ad peccata referunt Calviniani: alterum ad *exclusionem à vitâ eternâ*, uti supra ostendimus. Manet ergo: qui prædestinat ad causas damnationis, & simpliciter addicit peccato, voluntate beneplaciti, efficaci, irresistibili quia ita libuit, is non justus, non misericors. non benevolens erga creaturam dici potest. Atq; prius dicunt Calviniani. Unde & probant hoc argumentum: *Qui vult finem is vult & medium quo ad finem pervenitur: qui vult consequens, vult & antecedens*: Urfin. p. 577.

§. 7. Urgemus 2. Si *Electio est ordinata*, non absoluta. E. & *reprobatio est ordinata*. At prius. E. Joh. 3. 18. & adeo nemo est reprobatus, nisi *αὐθιγῶσιν* finalis incredulitatis s. quod non perseverantiâ finali crediturus esset in nomen unigeniti Filii Dei. Urgemus 3. omnis homo debet credere in Filium Dei, ita ut propterea, quod non crediderit, damnetur Joh. 3. 18. c. 16. 8. E. omnibus doctrina Evangelii fuit annuntianda. E. omnibus & singulis missus est Christus, idemq; satisfecit pro omnibus. E. dilectio, ex quâ Christus datus est mundo, est universalis. Et per consequens absurdum & impium, dicere: *Deum ad cruciatum æternos prædestinasse maximam generis humani partem, ex voluntate absolutâ*. Addatur *Sapientia clamans* Prov. 1. 24. *ipse Ithovah totâ die manus expandens* Es. 65. 2. conf. Luc. 7. 3. Act. 13. 45. Excipiunt quidem disting. Inter *causam reprobationis & damnationis*. Cœterum nos jam supra probavimus, verbis Beza: *Deum prædestinasse & ad damnationem, & causas damnationis, quoscunq; libuit* conf. Calv. l. 3. Inst. c. 23 §. 7 p. 333. Neq; aliter fuit resolutio in Scholâ Calvinianâ. Quæritur quæ causa, quod Judas damnetur? Respondent: *incredulitas* vel *peccatum*. Quæritur, unde quod non crediderit? Respondent: *quia non accepit gratiam sufficientem, per quâ actualiter credere potuerit*: Si quærat, quare non gratiam talem acceperit? resp. quod *pro eo Christus mortuus non sit*: at unde hoc: quia Judas *absolutè* fuit reprobatus, seu ad *æternum exitium destinatus, quia ita Deo visum fuit*.

§. 8. Obj.

§. 8. Obj. 1. Ep. ad Rom. 9. 9. *Nondum natis pueris, cum nondum fecissent aliquid boni & mali.* Resp. 1. Passim in ore habent Calviniani quædam hujus capituli verba iisq; turbare simpliciores, ipsis volupe est: cum tamen ex toto illo capite probare hætenus non potuerint hanc conclusionem: *E. Deus, majorem generis humani partem reprobavit, s. ad æternum exitium destinavit, absolutâ voluntate, quia ita voluit.* 2. Sic, quænam est consequentia: *Jacob habuit nationalem prælaturam præ Esavo, ex merâ Dei gratiâ & misericordiâ.* E. multo maxima pars generis humani à Deo absolute & quia ita libuit ad æternos cruciatus est destinata? & tamen nihil amplius, quàm illud in textu hic dicitur. 3. distinctè Apostolus agit de indebitâ misericordiâ velut *notione electionis principii* adusq; v. 30, & de *fide* (eiq; oppositâ incredulitatē) velut *conditione objecti*, inde ad finem. 4. Licet autem talis conditio in primâ parte non exprimitur: non tamen excluditur: quia fides est effectus & donum gratiæ: adeoq; non oppositum: sed subordinatum misericordiæ: neq; ergo Valer consequentia: Deus κατ' ἐκλογὴν non respicit opera non carnalem nativitatē &c. E. nec fidem. Absurdissimè, cum omninò propositum in Evangelio revelatum vel ἡ πᾶσι θεοῖς κληθῶνται includat fidem & Christum propitiatorem.

§. 9. Thema scilicet est: *ex solâ promissionis gratiâ estimari semen Abrahami, quod exemplo ostendit, Jacobi & Esavi, qui, antequam, etsi ex unâ Rebeccâ, eâq; habente κοίτην ἰξ' ἐνός, nati fuerunt, jam à Deo discreti fuerunt, ita ut major serviret minori: cujus discretionis & prærogativæ Jacobi causâ exponitur à Sanctissimo Spiritu 1. per remotionem. Omnis meriti, & carnalis privilegii 2. per positionem gratiæ vocantis: ut propositum illud Dei, quâ electionem. (vel quod ad electionem attinet) stabile maneret: non ex operibus: sed ex vocante, dictum est Rebeccæ: Major (sc. ΔΝῆ) vel natio serviat minori: scilicet ex indebitâ misericordiâ Deus propositum fecit, Jacobum (credendum) præferre Esavo: ex eadem gratiâ elegit nationem Jacobi: reprobavit nationem Esavi: ex eadem gratiâ, κατ' ἐκλογὴν Jacobum vocavit & in distributione terræ Canaan Jacobi posteros, Esavi posteritati prætulit, & adeo illos dilexit: hos, illorum respectu, odit, seu longe Jacobi posteris postposuit. Intelligitur 1. non prærogativa personæ: sed nationis. 2. non electio ad vitam: sed ad Ecclesiam & terræ promissæ prælaturam, nec rejeçtio à vitâ æternâ: sed ab Ecclesiâ: perquam non omnes & singuli ex natione reprobatâ statim ad gehennam ablegantur: plane sicut nec*

omnes ex posteritate Esavi ad damnationem reprobati, nec omnes ex posteritate Jacobi ad vitam æternam electi dici possunt. Deniq; nec absolute: sed relative certus amoris & odii gradus intelligitur conf. Rom. 9. 3. 4. 5. & Mak. 1. 2. 3. Licet autem Esavum tam certo pro Reprobato & damnato, quàm Jacobum pro prædestinato & salvato, habeant Calviniani, ut *Ἐσάβου* æstiment Esavum in Electorum numero ponere: ex hoc tamen textu, ut & totis scripturis non demonstratur **ESAVUS** reprobatus, vel damnatus.

§. 10. Obj. ex eodem capite: *Miserebor, cujus miserebor, & gratiosus ero, cui gratiosus, ero*: item illud: *Non est volentis, nec currentis: sed miserentis Dei* v. 15. 16. Resp. 1. conf. quæ supra diximus §. 8. n. 3. & 4. Agitur scilicet hic de *Causâ efficiente principali, s. indebitâ, & inexhaustâ Dei* *Φιλανθρωπία* s. *misericiordiâ*, unde etsi *conditio subordinata* non exprimitur, tamen, quia subordinata, non excluditur. 2. Objectio scilicet est: Si Deus libere sine ullo meritorum operum, prærogatarum, respectu *Jacobi nationem eligit, Esavum rejicit, E. Deus est injustus.* Responsio: Negatur; ratio quia *Deus nemini debet misericordiam: sed miseretur, quia vult*: idq; probatur ex Mose Exod. 33. 19. unde iterum concludit pro principio suprema s. causa primâ electionis, illo, quem supra expressimus modo: *Non est volentis, non est currentis: sed miserentis Dei* i. e. Ex sola Dei misericordiâ & promissione gratuita est, quod unam nationem præ alia ad Ecclesiam eligat, imò quod hunc vel illum eligat ad vitam æternam: non verò ex ullo operum prævisorum merito. Pulchrè emphasin expressit Syrus: *לא כירי רצבא ולא כירי כרהט אלהא מרחמנא* i. e. *non in manibus s. potestate volentis, nec in manibus currentis: sed in manibus s. potestate Dei miserentis*: unde patet Apostolum hic de *supremâ causâ* Electionis ita disputare, ut excludat omne meritum prædestinatorum sive *suppositum*, sive *produendum*, sive *ex viribus gratiæ*, sive *ex viribus nature*, omnem actionem hominis, omne hominis liberum arbitrium, ipsam etiam fidem, quatenus spectatur tanquam conditio magis vel minus digna, sive per se, sive ex æstimo per voluntatem Dei fidei superaddito: neq; enim fides ratione officii sui habet locum in prædestinatione, tanquam conditio inducens Deum ad prædestinandum: sed tanquam donum dandum prædestinatis, ut haberent instrumentum, quo beneficia ex prædestinatione promanantia possint applicare.

§. 10. Ubi

§. 11. Ubi obiter notamus in respons. Patriarchali Jeremiæ Constantinopolitani ad Theol. Wirrenberg. superiori seculo anno scilicet 1576. Constantinopoli dato tale thema à Græcis poni: *Oportet homines primò eligere bona: tunc Deus suum addet. Non antevortit Deus nostras voluntates, ne officiat nostro arbitrio, cui hæresi Pelagianismum sapienti, cum obijci metueret Patriarcha hunc textum: Non est volentis, non currentis: sed miserentis Dei, antevortit, & hæc verba ab ἄρα ὄν interrogativè: non enuntiativè, & conclusivè sese habere, occupavit: ita ut v. 16. 17. 18. sint interrogatio obijcientis: non Pauli sententiam dicentis; cæterum tam absurdè id dicitur, quàm alterum, quod ibidem additur: Totum hic Apostolo tribui DEO miserenti, respectu partis principalioris, quia scilicet DEI est id quod plus est, scilicet perficere: nostram est id, quod minus est, scilicet eligere & velle conf. in Act. Wirt. cum Patriarch. Const. p. 114. Huic damnatissimæ sententiæ alibi quoque & vel ex uno illo Apostolico axioma: Phil. 2 DEUS est qui operatur in vobis & velle & perficere, secundum beneplacitum voluntatis suæ, profligatæ, rectè opponitur hæc conclusio: Non est volentis, nec currentis: sed unicè DEI miserentis. Si autem quæras, quorum DEUS misereatur? resp. quidem Apostolus ἵνα τοῖς πάντας ἐλεήσῃ Rom. 11 32. Ita tamen ut intensiori gradu gratiæ misereatur, Voluntate consequente, illorum, qui primam gratiam non excussuri, sunt præsciti: quorum proinde ita misertus est, ut supremum gratiæ gradum illis dare destinaverit, & secundum propositum quod est κατ' ἐκλογήν tale: omnis qui credit in Filium DEI unigenitum non peribit: sed habebit vitam æternam, hos solos elegerit, ut in solidum omnia maxima, media, minima sint τῷ ἐλεούντῳ Dei: neque enim præscita illa non excusio, influit in prædestinationis decretum, tanquam aliquid positivum aut positivè concurrans ad applicationem oblatæ gratiæ, neque ut privatio naturali hominis facultate introducta, sed & hæc est communis effectus universalis gratiæ, per quam omnes, qui verbum audiunt, possunt non morosè reluctari, vel affectatè resistere. Præclare hæc de re Hulsemannus in Breviario Theolog. c. 15. §. 12. unde & has proximas lineas apposuimus.*

§. 12. Obj. PHARAO est excitatus seu induratus à DEO Rom. 9. 17. Resp. 1 Pharaonem esse excitatum, esse induratum à DEO, & nos cum scripturâ dicimus: at nos illam excitationem & indurationem



tionem poenalem, non criminalem, voluntatis consequentis, non antecedentis esse statuimus, adeoq; jam *supponimus ante hanc excitationem à parte Pharaonis, vincibilem, durabilem, resistentiam, & superbissimam repugnantiam*; à parte DEI, *longanimem tolerantiam*, quam ordo miraculorum & legationum Moysi in Exodo ad usq; c. 14. ipsaq; vox רעמרהר Exod. 9. 10. & Apostolus ad Rom. 9. 22. clarè exprimit: neq; enim, qui omnium miseretur, absolute salutis media pharaoni denegavit: sed ob superbissimam repugnantiam, & multam tolerantiam, auferendo omnem resipiscentiæ gratiam, illum jam durissimum induravit, dum, consequente voluntate eum in *tremendum constituit justitiæ & potentiæ suæ spectaculum*. 2. Unde non dicitur DEUM excitavisse Pharaonem ad peccandum, ad resistendum: sed supposito jam incorrigibili ordinariè, & cyclopicè resistente dicit: excitavi te *עַל אֲדַרְתּוֹ*, ut ostendam in te omnem potentiam meam, & ut celebretur nomen meum in omni terrâ. Concludit Apostolus iterum v. 18. *Non esse injustitiam apud Deum, licet, quos velit, misereatur & eligat, quos velit, induret*:

§. 13. Quinam autem sint, quorum velit miseri, quinã, quos velit indurare illud hîc non dicitur, quia Apostolus totus in eo est, ut de causâ electionis supremã, indebitã scil. gratiã & Dei misericordiã agat, quæ vel exinde potenter & illustratur, quod si e. c. ex positis duobus Pharaonibus æquè refractarius, Deus unum per exordinarium & quodammodo irrefistibilem gratiæ gradum convertat: alterum ordinariè summã gratiã adfectum, ut Justus judex induret, & ut sit objectum justitiæ suæ gloriose, exciret, & adeo quem vult, ejus misereatur, quem vult, induret, nulla propterea in DEO sit injustitia: & adeo summa est, quod, in hypothesi superiori, unus Pharaeo eligatur altero indurato & reprobato, id non dignitas aliqua: vel meritum in Pharaone electo facit: id enim non magis in hoc quam in altero dabatur ita, ut in illo fuerit fundamentum reprobationis: sed unice illud ex indebitã DEI misericordiã, extra cujus exercitium si esset, æquè uterq; reprobatus fuisset.

§. 14. Obj. Æterna Dei voluntas est causa prima. E. peccatum non est ejus causa. Resp. 1. Actus reprobationis vel consideratur ratione *mediorum*. vel ratione *finis* abstracti. Priori modo intelligunt Calviniani: Deum solo & libero beneplacito e. c. Judam reprobasse: posteriori modo, quatenus scil. reprobatio est actus divini judicii, est tam est

Extra summum DEUM incommunicabilis, quàm altus iudicandi  
vivos & mortuos: & hoc modo admittimus: Solam DEI volunta-  
tem, eamq; liberam, esse causam reprobationis: 2. neq; tamen illa  
voluntas vel decretum illud est absolutum i. e. absq; incredulitatis in-  
tuitu factum. 3. Reprobatio est voluntatis consequentis, in qua  
sunt homines vel ut fideles perseveranter, prædestinandi: vel non per-  
severantes credituri, reprobandi. Obij. si incredulitas causa reprobatio-  
nis. E. nulli infantes sunt prædestinati. Resp. 1. Si reprobatio est abso-  
luta. E. absolutè infantes sunt reprobati, sive cum sive sine baptismo di-  
scendant. 2. valet contra illos, qui propter bonum usum aut liberi ar-  
bitrii, aut gratiæ prædestinari, ita ut aliquid faciant libero suo arbitrio,  
statuunt...

§. 15. Obij. commune omnibus tam Electis, quàm reprobis non  
est causa discretionis Reprobatorum ab electis. Atq; peccatum &c.  
Arg. passim usurpatum in Dordr. Synod. Bucan Pol. Sturm. Resp.  
ad minorem: At peccatum resp. termini finalis. Sic neg. minor. Pec-  
catum est quidem causa meritoria damnationis: sed nunc non est  
adæquata causa, reprobationis & damnationis nisi impænitentia & incre-  
dulitas finalis, unde & Christus jubet prædicare Pænitentiam & remissionem  
peccatorum inter omnes gentes, & DEUS tempore Evangelii jubet  
omnes homines, ubicunq; pænitentiam agere, & Spir. s. redarguit mundum  
de peccato incredulitatis. Obij. Autoritas Lutheri in præf. Ep. ad Rom.  
Resp. 1. Luth. ex solo decreto hæc fieri scribit, sed non absoluto. 2. non  
ergo ex decreto fuit consequentis necessitas: Sed saltem certitudo, &  
infallibilis rei futuritio. 3. In verbis illis: Daher es uhrsprünglich  
zusehen/wer da gläuben soll. Particula soll idem quod wird / hic enim  
Lutheri fuit stylus Germanicus.

Concl. II.

Objectum reprobationis specificum s. materiale  
non est Massa condenda: nec jam condita  
incorrupta, seu ante corruptionem conside-  
rata: sed jam corrupta: objectum reprobationis,  
(quæ nec positivè, nec negativè est  
absoluta: sed hypothetica) formale est  
eadem

eadem Massa corrupta, sub notione finalitèr continuatæ voluntariæ & vincibilis incredulitatis considerata, s. materiale objectum sunt homines considerati in statu post lapsum; formale, finalitèr incredali.

§. 1. Objectio non Pauli: sed disputatoris repræsentati ut opponentis ἐπεὶς ἐν μοι Ep. ad Rom. 9. 29. hæc est: Si Deus pro voluntate miseretur, & indurat. E. frustra de nostrâ impœnitentiâ conqueritur; medius terminus: quia voluntas Dei est irresistibilis: ut adeo sit argumentum tale: quicumq; voluntate irresistibili, quorundam miseretur, quosdam indurat, is iniquè agit, & iniquius, si queritur de hominum impœnitentiâ. Deus &c. E. Resp. 1. indirectè: N. creaturæ maxime peccatrici convenit, litigare cum creatore Deo. v. 20. idq; illustratur simili vel exemplo Figuli v. 21. quo ostenditur ius Dei, Si scil. quosdam ex peccaminosâ massâ ad ignominiam destinasset: unde non sequitur. E. destinavit, vel, ad ignominiam creavit, vel: E. potestatem habuit faciendi hominem vel ad dedecus & iram, simpliciter, vel ita, ut executio decreti proxima causa ab ipso decreto suspendatur.

§. 2. A responsione de Jure Dei in massam corruptam transit ad responsionem de Facto Dei v. 22. Idq; respectu reproborum s. vasorum iræ ubi notetur applicatio: Vas à figulo factum ad dedecus s. dedecoros usus, non potest exposulare cum figulo. At Deus. vasa iræ non fecit ad dedecus: sed jam facta: seu κατήρησέναι ad dedecus s. æternum exitium, in multâ longanimitate toleravit: multo ergo minus causam exposulandi cum DEO habet creatura: quàm vas cum figulo.

§. 3. Ita ergo actus Dei in vas iræ, non ponitur in facto κατὰ τὸ μῶ, σκεῖσθαι ἀπειρίαν: sed vas jam κατὰ τὸ μῶν εἰς ἀπώλειαν in multâ longanimitate tolerare: quod ex ipsâ Oratione satis apparere poterat. Quæ enim multâ patientia toleramus, ea non ipsi fecimus: sed jam facta, vel ita disposita, perferimus, toleramus, ut quæ in tantum seu respectu illius κατὰ τὸ μῶν εἰς ἀπώλειαν displiceant extreme: cui proinde asserto Apostolico contradictorium est interpretamentum Calvinianum de Deo figulo, ex massâ rudi, quosdam homines ad vitæ æternæ gloriam: quosdam ad dedecus inferni condente conf. Beza in Ep. ad Rom. c. 9. 22. part. 1. quæf. & resp. p. 124. resp. 2. ad acta p. 164.

§. 4. Ex-

§. 4. Excipit idem Beza: Si Massa jam supponitur corrupta, jam non fierent vasa iræ: sed essent. Resp. limit. anteced. cum notione finalis impœnitentiæ: sic falsa minor: tota massa est corrupta i. e. omnes homines sunt peccatores: at vasa iræ non sunt nisi finalitèr impœnitentès.

§. 5. Excipit idem: E. ratio reprobationis non est occulta & proinde frustra exclamat Apostolus ὡς Βάρος Rom. 11. 32. Resp. quâ 1. conf. c. 9. 32. quâ 2. Resp. exclamatio Apostolica pro fundamento habet occultas Deivias. conf. c. 11. 33.

§. 6. Jam supra impiam hanc de Massa argumentationem ex ipsâ resolutione textus Apostolici refutavimus, cui verbo nunc saltem addimus: Expositio illa 1. repugnat imagini & immortalitati primi hominis, & adeo fini creationis, 2. facit Deum causam damnationis, & incredulitatis, principem. 3. pugnat cum totâ doctrinâ Evangelicâ. E. meritò habetur pro hæreticâ & blasphema. Atq; illa Beza talis est. E.

§. 7. Finem tolerantia vasorum iræ, supposito illo ἀγειν εἰς μετένοειαν Rom. 2. 4. et si præscitâ ejus non futuritione, exprimit 1. ἐνδείξασθ τὴν ὀργὴν i. demonstrationem iræ. 2. γνωρισμὸν τοῦ δυνατοῦ i. ostensionem potentia v. 22. quomodo & in viâ tolerantia Pharaonis, per tot prodigia & signa, & in termino per tremenda supplicia iram paritèr & potentiam demonstravit in Tyranno iræ vase, Deus.

§. 8. Secundò respondet de Facto, resp. vasorum misericordia: de quibus jam expressè testatur, quod Deus illa προηπίμασεν εἰς δόξαν s. preparaverit ad gloriam: uti de Vasis iræ dicitur: non quod κατήρησεν εἰς ἀπώλειαν: sed quod supposita jam κατήρησμένα εἰς ἀπώλειαν toleraverit ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ: atq; uti ibi finem ponit γνωρισμὸν τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ δυνατοῦ: ita hic γνωρισμὸν τοῦ παλῦτου τῆς δόξης αὐτοῦ v. 23. Ne verò Vasa misericordia solos esse Judæos, ex Israele carnaliter natos, quis putaret, ad Vocationem gentium transit & concludit Apostolus v. 24. Vasa misericordia esse electos ex Judæis, & maximè ex gentibus, conjunctis Hoseæ & Esaiæ testimoniis ad usq; v. 30. unde de electionis & rejectionis causis tum resp. Judæorum, tum resp. gentium, studio & eventu diversarum agit ad finem c. 9. causam rejectionis ponens incredulitatem:

hujus, offendiculum in Christum, מוסר מוסר יקרר מוסר, de quo

ex Esaiæ c. 28. 16. ultimo in c. 9. allegat Apostolus

illud וְהָיָה לָהּ מִמְאִוֵּן.


*Ad Cl. Virum*

DN. VINCENTIUM ARNOLDI,  
Phil. Magistr. Amicum singu-  
laritèr dilectum.

**P**ost Sophiae laurum, Sanctæ dabis ergò the-  
atrum  
Ter-sanctæ Sophiae? Sit felix! perge sacratiss  
Inservire Deo studiis: VINCENTIUS esto!  
Artibus his palma est: his stat victoria Signis.

*Honori & amorè*  
*L. M. Q.*

Augustus Varenius, SS. Th. D. He-  
braicorum & Catecheseos Christian.  
in Univ. Rost. Prof. Publ.



*Ad Eximium & Eruditissimum*

DN. RESPONDENTEM,  
Amicum singularem, & præcharum.

**I**N quo vertatur sperata cardo salutis,  
Et nostræ quæ sint Fidei fundamina, Christo

*Qua*

Quæ litat, ac Merito constans innotuit uni,  
Doctè disquiris, Doctorum astante phalange;  
Atq; strophas solvis, quævis palpum obtrudere ge-  
stit  
Turba Reformantis Cætus, Præchare Magi-  
ster.

Tramite felici pergas decurrere, metam  
Offeret optatam JESUS, qui cæpta secundet.

Inter occupat.  
scribeb.

Johannes Corfinius, S. Theol.  
D. Past. D. Mar. & P.P.



Sume mares animos, cathedram conscende,  
VARENI

Consilio, & præsta Te, velut opto, virum.  
Et, scio, præstabis. Cæli pater annuat ausis:  
Tuverò famæ consule, Amice, tuæ.

A. Tscherningius.

Jam

**J**am pradam refert noster **VINCENTIUS**  
atq;  
Victor abit nomen condecoratq; suum.


Qvo Perezimio Dn. Respondenti  
l. m. q.  
gratulari voluit

M. Fridericus Berlichius.









§. 4. Excipit idem Beza: Si Massam iam supponerent vasa iræ: sed essent. Resp. limit. anteced. impenitentia: sic falsa minor: tota massa est cornes sunt peccatores: at vasa iræ non sunt nisi finalitè


§. 5. Excipit idem: E ratio reprobationis non e frustra exclamat Apostolus ὡς Βάθος Rom. 11. 32. R 9. 32. quã 2. Resp. exclamatio Apostolica pro fundar Dei vias. conf. c. 11. 33.

§. 6. Jam supra impiam hanc de Massã argu resolutione textus Apostolici refutavimus, cui v edimus: Expositio illa 1. repugnat imagini & imm nis, & adeo fini creationis, 2. facit Deum causam d dultitatis, principem. 3. pugnat cum totã doctrinã h habetur pro hæreticã & blasphema. Atq; illa Be

§. 7. Finem tolerantia vasorum iræ, supposito vaias Rom. 2. 4. et si præscitã ejus non futuritione, e πὴν ὄργην s. demonstrationem iræ. 2. γνωρισμὸν τὸ nem potentia v. 22. quomodo & in viã tolerantia Ph digia & signa, & in termino per tremenda supplicia tentiam demonstravit in Tyranno iræ vase, Deus.

§. 8. Secundo responder de Facto, resp. vasoru quibus jam expressè testatur, quod Deus illa προεπη s. preparaverit ad gloriam: uti de Vasis iræ dicitur: πὴν εἰς ἀπώλειαν: sed quod supposita jam κατῆροπι toleraverit ἐν πολλῇ μακροθυμίã: atq; uti ibi sine τῆς ὄργης καὶ τοῦ δυνατοῦ: ita hic γνωρισμὸν τοῦ αὐτοῦ v. 23. Ne vero Vasa misericordia solos esse Jud liter natos, quis putaret, ad Vocationem gentium trans stolus v. 2 4. Vasa misericordia esse electos ex Judæis, & conjunctis Hoseã & Esaia testimoniis ad usq; v. 30. rejectionis causis tum resp. Judæorum, tum resp. gent diversarum agit ad finem c. 9. causam rejectionis pon hujus, offendiculum in Christum, מוסר מוסר הו ex Esaia c. 28. 16. ultimo in c. 9. allegat illud מוסר לא יחוש

6



the scale towards document  
m non  
finalis  
homi-  
inde  
onf. c.  
cultas  
x ipsã  
m ad-  
homi-  
incre-  
meritò  
ε το-  
αοθ  
ensio-  
pro-  
c po-  
de  
ὄξαν  
ῆπι-  
λειαν  
σμὸν  
ὄξης  
arna-  
Apo-  
tibus,  
nis &  
ventu  
πλ:  
70